


[illegible]

£2.12.6




John Carter Brown.

BOUND BY W.PRATT FOR H.STEVENS

224

C.

[illegible]



Habes in hac pagina. Amice le-
ctor. ALBERTI MAGNI
Germani principis philosophi.
De natura locorũ. Librũ mira
eruditiõe & singulari fruge re-
fertũ, & iam primũ, summa
diligẽtia reuisum, in lucem
æditũ, quẽ leges diligẽ-
tius, si uel Cosmogra-
phia uel Phisica ꝑ-
fecisse te uo-
lueris.

JOHN CARTER BROWN

REVERENDO PATRI DOMINO HIERO-nymo Balbo, Iuris. V. doctori, præpositoq; Vaciensi & Vngariæ Regis a secretis, dignissimo. Georgius Tannstetter Collimitius, artium & Medicinæ Doctor. S. D.

ET bene apud memores ueteris stat gratia facti, Poeta inquit, omniũ studiosorũ patrone obseruãdissime, Cuius ego auctoritate inuitatus, cũ nuper me & comitẽ meũ Vadianũ Budã deuectos, adeo humaniter, adeoq; magnifice tractasses, contra boni uiri officiũ esse arbitratus sum. Si nõ uel aliqua ex parte mei gratitudinis facerẽ tuæ humanitati indiciũ. Quia uero inter prãdendũ, cũ elegãtissimis ferculis nos refercires, animosq; nostros illa tua mellita & erudita eloquẽtia, ceu dulciariis quibusdã, oblectares, qũ de Alberto Magno Germano mẽtio incidisset, adeo a te cõmendabat̃, adeo efferebat̃ ut rem tibi gratã fieri aniaduerterim, si paulatim quicqd eius philosophi est elucubratũ, in lucẽ ꝓdiret, Nuꝑ itaq;, cũ Viennã reuectus intrassẽ, in nonnulla opuscula Alberti incidi, summa eruditione & diligentia cõscripta, & emẽdato in codice, nec plane multum uiso recondita, cuius mihi ex Bybliotheca facultatis artium, optimorũ librorũ nutrice, copia facta est, Ex illis aũt tibi omniũ primũ, de natura loci, ut Alberti preconi & buccinatori, nominatim dicare & offerre constitui, ea motus causa, ꝙ omnibus omnis ordinis uiris, cõmodum esse uidetur, hæc præ cæteris intellexisse, suus enim cuiq; Genius notꝰ esse debet. Quod si ut spero, hoc te oblectauerit, sine mora cætera quæ multa sunt, nondũ ab quopiã

Calcographo diuulgata, ita edemus / ut tui nusq̃ honoris rationem negligamus, Summe igitur fronte serena, quæ tibi offerimus doctiss. & humanissime uir, & tibi persuade, bene collata esse, quæ in me collata sunt beneficia, enitar enim ut officio erga te meo / sat fiat, non alienis solum, sed & meis, Marte siquidem nostro studiosorum castris, aliquando adesse conabimur: cuius tu / antesignanus eris, & si res ad periculũ deuenerit, ob aduersariorum inuidiam, etiam Triarius. Vale, litterarum & litteratorum insigne specimẽ, meq; in eorum albo locum habere sinito, qui tibi sunt commendati. Viennæ Nono Kalen. Decembris. Anno Christiano. M. D. XIII.

AD DOCTISS. I. V. DOCTO. VACIENSEMq; præpositũ. D. Hieronymũ Balbum. Ioachimi Vadiani Heluetii Epigramma.)

Accipe philosophi non trita uolumina Magni,
Accipe non tritæ pignus amicitiæ,
Quod Collimitii nuper uigilantia, ab umbris
Cessit, & in liquidam protulit ora diem.
Paruum hoc: at certe non parui est nominis autor,
Quiq; dedit multi nominis autor erit:
Accipies proprio conscripta uolumina Marte,
Et meritum accrescet Balbe diserte decus.
Tunc tua Nestoreas superabit gloria Brumas:
Chalcydicamq; decus tempore uincet anum
Tunc aliena tuis uenient insignia libris,
Et gemino feriet Balbus honore polos.

Quod mihi si uires Musæ, si pulcher Apollo.
Præstiterint, nostro carmine Balbus erit,
Balbus ab occasu fama memorandus ad ortum,
Quaqꝫ gelu sterili, cessat uterqꝫ polus.)

SEBASTIANVS BVNDERLIVS GEORGIO
Collimitio & mathematico & Medico eruditissimo.

Quum sis tam uigil & laboriosus
Curans, ne pereamus ociosi,
Et ne tempora perperam locemus,
Quæ Crassi preciosora nummis,
In lucemqꝫ feras nouos libellos
Hinc multum studio cohors dicata
Se dæbere tibi fatetur usqꝫ, &
Viuas perpetuo rogat Georgi.

NICOLAI GERBELLII PHORCENSIS
Epigramma.

Magnus Alexander toto cantatus in orbe
Quicquid habet laudis Græcia prima tulit.
Magnus Pompeius memoratæ nomine famæ
Accumulans Latio præmia digna ferat.
At Magnum Albertum celebrat Germania pugnax,
Et Latium, & placidis Græcia docta modis.

EXCELLENTISSIMI PHILOSOPHI ALBERti Magni Germani, insignis prædicatoꝝ ordinis. Episcopi Ratisponẽsis liber de natura locoꝝ incipit. Cuius tractatus primus est de longitudine & latitudine loci per distantias ab orbe.

¶ Capitulũ primũ ꝙ naturã loci scire oporteat in sciẽtia naturali, quia sine eius cognitione ipsa scientia naturalis perfecte sciri non potest.

DE natura locoꝝ, quæ prouenit ex habitudine loci ad cœlũ tractaturi. Primo faciamus mẽtionem de his, quæ in præhabitis determinata sunt. In his enĩ probatũ est quod locus est generatiõis principiũ actiuũ, quemadmodũ pater, cuius causa est, qa oẽ locatũ se habet ad locũ suũ quẽadmodũ materia ad formã, & quia superiora se habẽt ad inferiora sicut formæ ad materias suas, sicut in cœlo & mũdo diximus, oportet ꝙ superiora semp loca sint inferioꝝ & ideo principiũ informationis inferioꝝ ex superioribus influit eis sicut ex principiis actiuis. Huius aũt uel alia causa est, uidelicet ꝙ trãsmutatio omnis contenti est per continẽs. Locus autẽ cõtinens est, & ideo ex ipso principiũ est trãsmutatiõis eius quod cõtinet, putrescũt namqꝫ ea quæ putrescunt & conseruãtur cõseruata, per uirtutes cõtinentiũ corpoꝝ sicut ꝓbare habet in quarto Metheoroꝝ, & ideo locum habere uirtutem actiuã in locatũ nõ est ambiguũ. ¶ Amplius aũt oĩa corpora rectarũ dimensionũ mouẽtur ad loca sua sicut ad principiũ generatiõis ipsoꝝ, aut si-

cut ad principiũ ipsorum cõseruationis, & ideo oportet sci/ re naturã locorum & causam diuersitatis ipsorum, hãc eni na/ turã etiã uidemus in paruo mũdo, qui est quodlibet ani/ matũ, cibũ eni in animato moueri uidemus ad quodlibet membrũ sicut ad locũ propriũ, in quo formã & esse acci/ pit mẽbri, a uirtute quæ est in mẽbro ad quod mouetur, nec unquam ante cibus ualet propriã operationẽ pficere, nisi sit p/ fecte uirtutẽ mẽbri ad quod mouetur adeptus, cuius per/ fectionis principiũ est membrũ, & similiter est absque du/ bio in quolibet corpore quod mouetur ad locũ secundum naturam, propter quod in Peripateticis probationibus, locus inter pri/ cipia naturæ enumeratur, dixerũt etiã propter eandẽ causam loci naturã tũc esse mirabilẽ/ & precipue propter hoc, quia cũ motor prius nobilitatẽ suã largiatur omi quod formatur ad esse, absque dubio nõ largitur lõgius distãti esse uel for/ mam, nisi per illud quod sibi est propinquius, est aũt propin/ quius continẽs quam contentũ, & sic per locũ continentẽ largitur locato esse & formã. Est aũt & huius simile in dyalecticis & probabilibus, in quibus illatio & cõfirmatio cõclusionis ex loco est per similitudinẽ quæ sumitur a loco naturali & habitudine ipsius ad locatũ sicut diximus, quũ aũt omnino nullus locus proprie ut locus sumptus sit mobilis, oportet omnino ipsum esse sine indigẽtia naturali, eo quod oĩs mo/ tus rectus phisicus est propter indigentiã. Cum autem lo/ cus omnino sit sequestratus ab indigẽtia priuatiõis & ma teriæ, oportet ipsum esse in ratiõe diuini alicuius & opti/ mi ad quod & propter quod est motus in quo accipitur esse rei & salus eiusdẽ. Testificatur aũt etiã ad hoc quod uidemus oĩa corrũpi, quæ diu extra locũ sunt suæ generatõis, eo quod elõ gata sunt a principio sui esse & suæ cõseruationis, & hoc

modo nõ uidemus tantũ in hoibus & aliis aĩalibus, sed etiã in plantis, quæ multũ in diuersa loca transferũtur, & similiter lapides ꝓpriis uirtutibus destituuntur, q̃diu sunt extra locũ suæ generationis, & q̃uis retineãt colorẽ & figurã per tẽpus longũ ꝓpter soliditatẽ corpoꝶ suorũ, tamen ut diximus paulatim uirtutem amittũt, & cũ uirtus ipsoꝶ sit a tota specie ipsoꝶ & sit sequela cõpositionis ipsorum, cõstat etiã ꝙ nomẽ speciei nõ retinẽt nisi equiuoce & sunt sicut quædã corpora mortuoꝶ, quæ ꝓpter desiccationẽ corpoꝶ longo tpe figurã retinuerũt, in oibus enĩ his inclinatio naturalis inuenit̃ ad locũ, qua in ꝓpria loca ferũtur nõ ꝓhibita, propter qđ etiã nõ indigẽt motore ad ipsum locũ nisi accidentali, qui scilicet remouet obstaculũ quod detinet locatũ infra terminos alienos & suæ naturæ non congruos, sicut in phisicis dictum est. Ex oibus ergo hiis satis liquet. s. quia oportet scire naturã loci, nec sufficit tractatus qui in phisicis de hoc habit⁹ est, eo ꝙ ille nõ nisi uniuersaliter certificat de loco, Et oportet nos scire diuersitates locoꝶ in particulari & causam diuersitatis ipsoꝶ et accidẽtia diuersoꝶ locoꝶ, tũc enĩ & ꝑfecte sciemus etiã ea quæ in locis generant̃ & corrũpuntur. Et sicut nõ sufficit determinare naturã animalis in cõmuni ſm genus nisi sciatur etiã animaliũ diuersitas in generatiõe & cibo & moribus, ita nõ sufficit tradere uniuersaliter de loco, nisi tradatur locoꝶ diuersitas, & ĩnotescãt accidẽtia locoꝶ diuersorũ, & causa accidentiũ, propter ꝙ tradẽtes scientiã naturalẽ & nõ inducẽtes aliquid de locoꝶ diuersitate peccant, & solatiũ querũt suæ impericiæ si dicãt de ipso non oportere quærere. Nõ enĩ sufficit quod de diuersitate huius in Mathematicis traditũ est, ubi tradit̃ quæ stellæ sup

quæ loca hic uel illo modo oriãtur uel occidãt, uti ũ uide/ licet obliquæ uel rectæ & quæ ipsarum nec oriãtur nec occi dant, sed semp appareãt uel nunq̃, et quæ oriãtur & occi/ dant aliquãdo, quia licet ex hiis sciatur situs climatũ, non tamẽ per eadẽ sufficiẽter scitur natura locorum & diuersitas complexionis ipsorum. Et ideo sicut in aliis naturis, oportet scientiã naturalẽ usq; ad specialia deducere ita & in locis, Si enim nos cõsideratione ponimus in mixtis tantũ non cõplexionatis, nõ sciemus pfectæ naturã ipsorum nisi scia/ mus oẽs mixtorum differẽtias in metallis & lapidibus, & si/ militer est de cõsideratiõe cõplexionatorum & aĩatorum, opor tet ergo q etiam sic sit in sciẽtia locorum, & ideo precipuos uiros ĩ philosophia sicut fuit Aristoteles & Plato tractas/ se uidemus de hoc, licet libri eorum de his nõ integri, sed partes ad nos deuenerint, sunt aũt quidã dicẽtes locũ non cõferre nisi ad figurã, & nõ ad esse locati, eo q est extrinse cum ambiẽs & undiq; terminãs & tangens figurã locati, & ideo nõ oporteret tradere dicunt, scientiam diuersitatis locorum in speciali libro sciẽtiæ naturalis, eo q nõ operatur nisi ad accidẽs rei naturalis, & nõ per modũ naturæ q nõ est ĩtrinsecus principiũ, sed sicut dicũt extrinsecus & p ac/ cidens cõtinendo. Et horum errorẽ facile est refellere p ea quæ antedicta sunt. Cũ enĩ a cœlo sit oĩs uirtus factiua & operatiua, nec deriuetur hæc uirtus in extremũ nisi p me/ dium, mediũ aũt est corpus locans, sicut ostẽdimus supe/ rius, oportet q uirtus faciẽs esse rei & terminãs sit ĩ loco. Locus ergo ad esse operar̃, amplius aũt figura cõsequens est esse & speciẽ in oĩbus generatis, qualiter ergo intelligi potest, quod locus operet̃ ad id q est consequens, & nihil cõferre ad antecedẽs, licet enim in lib. cœli & mũdi dictũ

sit, simplicia corpora habētia motū rectū esse rotūda per accidēs, eo uidelicet ꝙ locantur in rotūdo, tamē hoc non est uerum de cōpositis, quæ ꝭm naturā differūt ꝓpriis figuris, sicut differūt propriis speciebus, & ideo ꝙ est in talibus causa figuræ, est per prius causa speciei sic uel aliter figuratæ & etiā ipsa elemēta per aliū modū dicta natura, naturaliter sunt rotūda, sicut nos in sciētia cœli & mūdi ostēdimus, His ergo de causis postquā nos de mobilibus ad locū determinauimus, oportet me tāgere de diuersitate locoꝝ & de causa diuersitatis & accidētibus, ut ꝑfecta sit doctrina de mobilibus ad locū, quādo in speciali sciet̄ locoꝝ diuersitas, & hūc librū ꝑ tres distinctiōes diuidimꝰ In prima ostēdentes oēs diuersitates ex orbe procedere in oēm loci differentiā, Et in secūda accidētia locoꝝ diuersorum, Et in tertia demōstrabimus particularia loca fluminum & ciuitatū & montium. Hoc autē modo in hac scientia processerunt Aristotiles & Plato.

¶ Cap. secundū de distinctiōe locorum, ut sciatur cuius loci hic inuestigetur diuersitas.

P Rimū autē ꝙ scire cōuenit est, ꝙ dupliciter locus sumitur. Vno enim modo dicitur locus cōmuniter omne corpus ambiēs extrinsecus alteꝝ corpꝰ ratiōe sup̄ficiei cōtinentis & tangētis ipsum. Alio aūt mō locus dicitur cōcauum sup̄ficiei: ad qđ est motus alicuius corporis, & primo quidē modo corp̄a multa nec generabilia nec corruptibilia sunt in loco. Oīa autē corp̄a præter primū corpus, habēt extra se aliud ambiēs corpus intra quod circūscribit̄ quātitas ipsoꝝ. Cū autē hæc corp̄a

quæ nõ generãtur nec corrũpuntur tãgunt se, nec cõtingunt se nisi per modũ mathematicũ quo nec imutat unũ eorꝫ alterũ, nec imutatur ab ipso, & ideo talibus nõ ꝓprie & ſm naturã debetur locus. Materia eni talium corporũ prius habet formã substantialẽ, quæ est indiuisibilis & inpartibilis ſm naturã, quã habeat quãtitatẽ, & ideo ppetuitatem habẽt secundũ naturã huius corporis & forma in ipsis nõ mouet̃ per se nec per accidẽs, sicut ostẽsum est in phisicis libris cœli & mundi & phisicorꝫ, ꝓpter ꝙ talia corpora nõ mouẽtur ad locũ, sicut nec est motꝰ aliqs eorꝫ scd̃m naturã ad formã, ostẽdimus eni in octauo phisicorꝫ quod idem est motus ad locũ & ad formã, & ꝙ id ꝙ non mouetur ad formã nõ mouetur ad locũ. Vnde cũ etiã talium corporũ formæ sint sepatæ substãtiæ scd̃m Peripateticos, nõ debet̃ eis locus aliqs scd̃m naturã essẽtiæ suæ, sicut debetur formis aliorꝫ corporũ, sed qd̃ sunt in loco sic ordinato debet̃ eis ex ordine dignitatũ suarũ, scd̃m quem ordinẽ sunt causæ eorꝫ quæ fiunt a natura, in quo ordine uniuersalis causa est, uniuersalius ambiẽs alia, unde oportet ꝙ sit altius in loco scd̃m distantiã a centro, & claudẽs in se per circuitũ alia undiqꝫ, qa aliter nõ ubiqꝫ p circuitũ equaliter iflueret uirtutẽ ad esse eorꝫ, quæ naturaliter fiũt Talia ergo corpa ꝓprie loquẽdo locũ nõ habent sed locus sunt corporũ aliorꝫ. Corpora uero simplicia quæ habent motũ rectũ & cõposita ex ipsis locũ habẽt secundũ naturã ad quẽ est motus eorꝫ, & simplicibus per se quidẽ locus debetur, cõpositis aũt debetur locus per simplicia, & hæc habẽt ad sua loca motus naturales, & extra sua loca corrũpuntur, & locus quidẽ simpliciũ est simplex. Locus aũt cõpositorꝫ est cõpositus. Simplex eni corpus lo-

cari debet in simplici cōcauo corporis, in quo est genera/
tio ipsius, & ad quē est motus ipsius, & a quo si moueat̄,
festinabit ad corruptionē, sicut i phisicis determinauim9.
Compositū aūt habet locari in cōposito, nam nullū com/
positū in simplici corpore locari potest, ꝓpter qđ egregie
dicit Arist. in libro de causis proprietatū elemētoꝝ & or/
bium planetaꝝ ꝙ si compositū corrūpitur a simplici cor
pore statim dans exemplū de his animalibus quæ cadūt
ab altissimo, quæ ante mortua sunt quā ad terrā deueniāt
& ideo corrupta sunt, qa occupata sunt ab aere simplici,
& nō a casu. Causa aūt huius est ꝙ locus & locatum sunt
contraria, & ideo cōtrarietas ipsorū corrūpit corpus, aut
contentū a cōtinente quādo fuerit ei cōtrarium, ꝓpter ꝙ
etiā in phisicis diximus nō quālibet supficiem esse locum
rei naturalē, sed illā quæ est terminus locātis corporis, re/
lata ad distantiā cōcaui, in quo proprie est generatio rei.
In illo eni cōcauo generat̄ & cōseruatur & cōualescit, &
extra illud in cōcauo superficiē continēte per q̄litates cō/
trarias ibi dissoluit̄ & corrūpitur. Ostēdunt aūt hæc ho/
mines sua loca mutātes, in cōtraria climata, qa ꝓpter lo/
ci inequalitatē infirmātur & destruunt̄, & quādo redeūt
ad loca natiua, recipiūt sanitatē, quædā aūt alia etiā uirtu
tem generatiōis amittūt, ex loci ineq̄litate sicut elephātes
extra primū & secundū climata raro generāt, nec inueni/
untur unq̄ generasse ultra quartū. Et similiter leones qui
in sexto & septimo climate nunq̄ generasse inueniuntur,
Magis aūt hoc pspicuū est in plantis eo ꝙ uidemus quas/
dam plantarum in uno loco cōualescere, quæ si ad clima
proximū trāsferantur nulla cultura cōualescere possunt,
Ex his aūt oibus manifestū est quoꝝ sit locus ꝓprie, & ꝙ

locus per uirtutes quas in se habet supficies locãs genera/tiõis est pricipiũ & cõseruationis corpis qđ locat̃ in ipso.

¶ Cap. tertium de diuersitate loci ex distantia sui ab orbe proueniens.

e St autẽ loci duplex distinctio, una quidẽ causata ex distãtia sui ab orbe, quæ uere locus est oĩm sm̃ naturã locũ habentiũ, altera est ex situ & respectu loci ad uias planetaꝝ. Et prima quidẽ est ex hoc, qđ sicut diximus corporꝝ aliud est locãs tantũ, alterꝝ locatũ tantũ & quoddã locãs & locatũ scđm naturã, id uero ꝙ est locans tantũ, est orbis in quo est uirtus causatiua oĩm generatorꝝ & corruptorꝝ, siue sint simplicia siue sint cõposita, sicut in antehabitis diximus. Corpus aũt locatũ tantũ est terra pura, quæ est centrũ/locãs aũt & locatũ sunt tria reliqua elemẽta, & partes huius diffinitionis manifeste sunt ad sensum, concauum enĩ orbis lunæ locus est ignis & attingit ipsum undiq; sicut Peripatetici tradũt. Est aũt ratio ad hoc ex motu & subtilitate & caliditate et leuitate ignis & pspicuitate & aliis ignis ꝓprietatibus. Ex motu quidã quoniã sicut in cœlo & mũdo dictũ est, ignis mouet̃ sup oĩa absolute elemẽta, locus aũt qui est simpliciter sup oĩa tria elemẽta, est cõcauum orbis lunæ. Ex subtilitate, quoniam licet scđm rationẽ omne corpus sit in infinitũ diuisibile, tamẽ scđm esse materia quattuor elementorꝝ nõ põt subtiliari amplius, quã subtiliata est sub forma ignis. Est aũt locus cõnaturalis sicut ante diximus, non potest ergo ignis locari ĩ corpore grossioris supficiei, q̃ sit ipsum, quũ locus sit formalior in oĩbus q̃ locatum, oportet ergo ꝙ in

ultima

ultima orbis superficie locetur, eo q̄ hæc sola formalior est ipso. Ex ratione aũt caliditatis hoc idem probat̃, quia caliditas in summo rarificat & subtiliat in summo, caliditas aũt in summo est ꝓpinquissima causæ caliditatis, quæ est motus materiæ superioꝝ, & uicinitas lucis coꝝ, materia ergo uicinissima orbi, calida est in summo, nã cõcauũ orbis ultimi proprius est locus eiusdẽ. Amplius autẽ hoc ostẽditur ex leuitatis simplicis diffinitione, quam in cœlo & mũ: determinauimus. Si eni leuitatis cõparatæ est moueri sup quædã corpora, erit leuitatis simpliciter, moueri sup oĩa corpora generabilia/ Est aũt motus ad locũ cõnaturalem & propriũ, locus ergo ignis erit in cõcauo orbis lunæ, sup oĩa corpora habẽtia motũ rectũ, perspicuus est ergo ignis sicut apparet ex hoc, q̄ nõ tegit nobis corpora quæ sunt sup ipsum, & est inter cætera elemẽta magis ꝑspicuus, eo q̄ est oĩbus subtilior & rarior, perspicuũ autẽ in omni corpe est ex cõuenientia cũ ꝑpetuo superiori corpore celesti sicut dicit Arist. in secũdo libro suo de anima Cũ ergo cõuenientia sit inter locũ & locatũ cõnaturaliter & ignis inter oĩa elemẽta magis cõuenit cũ cælo, oportet q̄ inter elemẽta solus ignis in ultimo concauo cæli locatũ sit. Propter hoc aũt & his similia, multum est irrationalis opinio, quorundã dicentiũ nullũ superius esse ignem, sed aerẽ usq; ad sidera extẽdi. Et est inconueniens ratio quam ad hoc inducũt, dicẽtes esse ignẽ ibi inutilẽ, quum ad mixtionem alioꝝ corpoꝝ faciendã & generationẽ ꝑficiendã nõ possit descẽdere, eo q̄ ſm naturã semꝑ sit superius, nec uideamus q̄ ad ipsum per uiolentiã possit inclinare deorsum. Inducũt eni q̄ cũ ignis in se lux sit, ut uidẽtur quidem philosophi dicere, q̄ deberet uideri ac apparere pre/

cipue in nocte quando nõ tegitur radio solis. Sed ad hoc facile est respõdere q̃ ignis facit ad generationẽ elemẽtorum in cõtactu aeris ad ipsum, sicut ostẽdi habet in libro peri/ genæos, ad aliorum aũt generationẽ, uirtus eius additur per radios solis & quarundã aliarum stellarum sicut ostẽdimus in libro Metheororum, & q̃a nos hũc errorẽ in aliis libris de/ struximus, & in libris aliis adhuc destruem9, cõuertemus nos ad alia, quæ de distinctiõe locorum dicere intẽdimus. Ostendimus aũt q̃ centrũ est locus terræ, & centrũ illud q̃ est locus terræ est centrũ mũdi, ad q̃d sc̃dm naturã mo uetur terra, hoc enĩ monstrat̃ multis rationibus. Est enim hoc simpliciter deorsũ, & sic graue simpliciter habet mo/ ueri ad ipsum sicut ad locũ propriũ. Est aũt terra elemen tum & spissius & frigidius sc̃dm naturã, & ratiõe utrius/ q̃ istius ꝓprietatis debetur ei locus remotior a loco ignis & sic debetur ei centrũ mũdi, licet aũt idẽ sit in substantia mediũ mũdi & mediũ terræ, sicut in cælo & mũdo osten/ sum est, motus terræ est ad ipsum in quantũ est medium mũdi & nõ in quantũ est mediũ terræ. Cũ autẽ determi/ nauimus centrũ mũdi esse locũ terræ, nõ excludimus per hoc quin etiam ultimũ cõcaue superficiei aquæ, sit locus terræ, q̃a licet aq̃ descẽdat ad locũ terræ, si terra subtra/ hi intelligat̃, tamẽ hoc nõ facit in ea motũ generatiõis & formæ, sed potius corruptiõis et trãsmutatiõis eius in for mam terræ, sicut etiã trãsfertur ad locum eius. Loca uero media sunt duorum elemẽtorum mediorum quæ sunt per cõpa/ rationẽ grauia, & per cõparationẽ leuia, & locus quidem in cõcauo ignis est aeris, & locus in cõcauo aeris est aquæ sed in his locis elemẽtorum magna est differẽtia, quia cũ lo/ cus ignis sit concauũ supficiei orbis lunæ usq̃ ad cõuexũ

aeris, nō est hoc spaciū totū equaliter locus ignis, sed q̄si principaliter & p posterius. Cū aūt ignis sit ascēdere sursum, uerissime & principalissime attingit illa pars media formā ignis quousq; ad altissimū loci eleuetur. Est aūt altissimū loci ignis in cōtactu concaui orbis ultimi, ergo ibi locatur id qd̄ uerissime est ignis, quod aūt est in medio & infimo eiusdē spacii, nō adeo attingit ignis naturā, sed s̄m minus, hoc aūt etiā declarat̄ per hoc, q̄ ignis est subtilissimū & calidissimū corpus specie, ex utroq; enī illorū probatur q̄ uera natura ignis est, quæ concauum orbis ubiq; tāgit, p oppositū aūt se habet in terra, quoniā ideo q̄ terra est simpliciter grauis, & sc̄dm hoc sub oībus descendit erit uerissima natura terræ locata in cētro, & sc̄dm q̄ partes terræ plus & minus elongant̄ a centro, sic plus & minus attingūt uerā terræ naturā. Accidit aūt eidē sc̄dm q̄ remotissime sub alia descēdit, esse in medio terræ, q̄a s̄m q̄ locus ignis & locus terræ cōtrarii accipiunt̄, sunt extrema, inter quæ sunt motus cōtrarii, & alteri extremorū accidit q̄ sit mediū, p hoc q̄ ipsum est medium mūdi & non mediū motus. In locis autē mediorū elementorū omnino dissimile est, uerior enī aer nō est qui tāgit ignem in summo loci sui, neq; qui tangit aquā in infimo sui loci, sed pocius q locatur in spacio medio sui loci, ignis enī tangens aerē facit ipsum æstuosum & siccū, cum aer de natura sua sit calid9 & humidus. Similiter autē & aqua tangēs ipsū in summo, facit ipsum nebulosum & incorpatum & grossum, & alienā humiditatē habentē, cū aer d̄ natura sua sit humidi spiritualis. Eodē aūt modo nec aqua uerissima est quæ tangit aerē, nec illa quæ tāgit terram, sed media inter hæc, Tangēs enī aerē in summo loci sui dulcis & subtilis

est propter aeris admixtionẽ, & tangẽs terrã in infimo loci sui, turbulẽta est & forte põtica uel salsa ꝓpter terrestre qđ admixtũ est ei, sed media est insipida habẽs uerã aquæ naturã. hæc aũt rationabiliter accidũt aquæ & aeri ꝑ hoc ꝙ simpliciter nõ sũt grauia elemẽta nec simpliciter leuia. Horum enĩ est moueri ad mediũ sui loci, & declinare ab extremis secũdum naturæ cõuenientiam. Hæc ergo sub orbe sunt loca simplicium.

¶ Cap. quartum. De causa uirtutis loci, quæ dat formam elementis.

a Mmirabiꝰ fortasse aliquis unde ueniat loco tanta uirtus, ꝙ in loco quædã pars uniuersalis materiæ simpliciũ corporũ accipit formã ignis, pars autẽ aeris, & pars formaꝰ in aquã, pars ĩ terrã. Materia aũt de se nullũ omino habet locũ. Similiter aũt materia quæ est sub forma corporis, licet loco circũscribaꝰ nõ tamẽ exigit locũ sub determinata loci differẽtia, ad quẽ est motus ſm locũ, sed ratione formæ subſtãtialis determinãte, quæ inquã forma subſtãtialis est generalis corporis, exigiꝰ determinata loci differẽtia, ad quã est motus scđm locũ, uidebitur enĩ fortasse alicui supficies, cuius concauũ est locãs in se locatũ corp9 esse aliud corporis locãtis & nõ locati, & ideo habere in se uirtutes corporis locãtis, & ꝓpter illud debere agere ad formã corporis locãtis, & nõ eius quod locatur in ipso, ꝓpter ꝙ uideꝰ cõcauum ignis in materia elemẽtali non aerẽ debere ꝓducere sed ignẽ, & sic nullum elemẽtoꝝ esse deberet nisi ignis solus, qui ex motu & lumine superioꝝ corpoꝝ generatus, totã materiã elemẽta-

lem in se debere uidetur cõuertere, ꝓpter ꝙ etiã quidã an/
tiquoꝝ dixerũt solũ ignẽ esse elementũ primũ, & alia cõ/
stitui per compositionẽ ipsius & coaceruationẽ partium
ignis, hic aũt error est sicut in de cæl. & mun. diximus, &
ideo cũ quibusdã phisicis peripateticis dici oportet, ꝙ lo/
cus naturalis, qui uirtutes habet inducẽdi formas in ma/
teria corpoꝝ simpliciũ est superficies cõtinentis corporis
cũ distãtia sui ab orbe, hæc enĩ distãtia causat calidũ & fri
gidũ & humidũ & siccũ, quæ sunt uirtutes naturales ele/
mentoꝝ. Hæc autẽ si nulla sit, inducit ex motu & lumine
calid. in summo & subtile & siccũ quæ oĩno non sunt nisi
ignis. Si autem sit distãtia prima in qua remissa est uirtus
motus, disgregabit materia elemẽtalis citra statũ formæ
ignis, & inducitur calidũ nõ omino extrahẽs humidũ, sed
spirituale humidũ permittẽs & causans in materia. Vlte/
rior aũt distãtia causabit ampliorẽ partiũ materiæ grossi
tiem, in qua humidũ tantũ partes materiæ faciet fluere ad
se inuicẽ, & distãtia prima causabit formã aeris. Distãtia
aũt scđa formã aquæ, perfecta aũt distãtia quæ est oĩno
cũ defectu caloris, sed potius habet frigus partes materiæ
cõstringens, causat siccũ per humidi omnimodã expressi/
onẽ, & inducit formam terræ, & hoc ulteriori manifesta/
tione in secundo perigenæos & in libro Metheoroꝝ ma/
nifestabit. Hæc aũt quæ hic inducta sunt de generatione
elementoꝝ, nõ ob aliud inducta sunt, nisi ut sciatur, ꝙ di/
stãtia loci ab orbe scđm suas differẽtias cũ loco causat for
mas elementoꝝ, & ad locũ sub tali uel tali distãtia, motus
est ipsoꝝ, duo tamẽ istoꝝ locoꝝ sunt extrema simpliciter,
& duo sunt media, & media quidẽ ꝓpter naturalẽ & faci/
lem elemẽtorum medioꝝ admixtionem, a philosophis in

tria interstitia distincta sunt, aer eni superius est æstuosus calidus, & inferius est uaporosus calidus, ꝑpter repcussi/onem radiorũ ad terrã. In medio aũt est frigidus, propter priuationẽ utriusq; caliditatis, Similiter aqua in supremo quidẽ subtilior est & dulcior propter aeris admixtionẽ, et in infimo est turbulẽta & salsa, ꝑpter terræ adustæ cõbu/stionem, & in medio est insipida. Sed differẽtia est in hoc, duoꝝ medioꝝ elemẽtorum, ꝙ aerẽ in infimo inuenimus calidũ per accidẽs, hoc est ꝑpter repcussionẽ radiorũ lu/minũ cœlestiũ cum ex uicinitate ad duo infima elementa frigida, frigidus esse debet. In medio aũt est frigidus ultra quã deberet per accidẽs, hoc est ꝑpter frigidas partes in eo respersas ex uaporibus terræ & aquæ, quæ quãdo non recipiũt actionẽ fortẽ a radiis solis ad frigiditatẽ naturalẽ reuertuntur in frigidũ aerẽ, & ideo aer in actione calidi & humidi respersus est circa mediũ aeris & nõ est directe in ipsa media regione spacii sui. Ex oĩbus his & huius ratio/nibus patet uerã esse sententiã quã tres philosophi con/muniter tradũt. Auicẽna. s. & Auerrois, et Moyses ægy/ptius ꝙ. s. locus subdeterminata substãtia et distãtia a cœ lo, causat formas elemẽtoꝝ, & ideo mouẽtur elemẽta de/terminata, ad talẽ determinatã distantiã loci sub orbe, ꝑ/pter loci & locati connaturalitatẽ, Virtus aũt causandi a cœlo quæ huic uel illi loco infundit̃, diuina est & optima, & aliter nõ esset motus ad locũ, nõ enĩ est motus ad aliud nisi illud sit in ratiõe diuini alicuius & optimi. Est aũt per fectissimus oĩum motuũ motus localis, ut ꝓbatum est in phisicis & in cœlo & mũdo ꝑpter qđ ipsum oportet esse aliquid diuinissimũ & optimũ scđm rei naturã. Illud aũt diuinũ ꝙ sic est in loco, propter ꝙ motus est ad ipsum, a

cœlo sibi influitur & simpliciter est locus & nō locatum. Quidā uocāt lucē esse firmamentū cœli, qđ Metaphorice loquētes basim loci uocāt, sed si lux accipiatur pro eo ꝙ actū lucis habet illuminādo, tūc uirtus illa nequaꝗ lux uocari potest. Mobile eni localiter nō prius mouetur ad locū illuminatū, quā ad tenebrosum, si autem lucē uocāt oēm uirtutē quæ a cœlo influitur inferioribus, mediāte natura illuminoso, tūc uerū est ꝙ dicunt, licet tūc inproprie loquātur, multæ eni uirtutes a cœlo influuntur in inferiora, quæ luces nequaꝗ uocari possunt, licet forte cum lumine cœlesti descēdant, sicut est calidū & aliquādo frigidū & aliquādo humidum & quādoq; siccum, quæ cum radiis stellarum inferioribus influūtur, & tamē nullū ipsorum nomine lucis ꝓprie uocatur. Virtutē tamē illā cœlestē esse cōstat, quæ materiā format ad speciē, eo ꝙ formæ substantiales nullæ inducantur nisi a uirtute aliqua cœlesti, sicut in prima philosophia domino cōcedente declarabim9. Quidā aūt cōsueuerunt uocare oēm formā & omnē uirtutē formatiuā, splendorē intelligētiæ, a qua sunt formæ, & hoc mō p methaphorā cōcedi potest, ꝙ lux sic sit uirtus qua cælū diffundit uirtutē formantē in locū & oēs loci differentias. Quocunq; autē modo uocetur nō magna uis est, dūmodo cōcedatur hāc ipsam uirtutē a cœlo in locum infundi, sicut eni diximus in principio, quædā sunt locus tātū, & quædā locata tantū, quædā aūt & locus & locatū, sicut ergo calidum per se, causa eius est quod est calefactiuum, & eius ꝙ est calefactiuū & calefaciēs, ita oportet necessario, ꝙ influxa uirtus sit locato tantū, & locato & locanti, ab eo qđ est locus tantū, hoc autē est in ratiōe primæ causæ in genere loci, hoc etiā patet alia ratiōe. Si eni

duo inueniãtur cõposita in uno modo, uel unũ inueniatur illoꝝ cõponentium sine alio, necesse est & reliquũ inueniri sine reliquo, sicut in octauo phisicoꝝ est determinatũ in his quæ mouẽtur & mouent. Inquibus qa motũ tantum inuenitur sine mouente, oportuit ꝙ & mouẽs inueniatur sine moto. Inuenimus autẽ cõpositum aliqđ quod est locans & locatum simul, & inuenimus aliud locatũ tãtum, oportet ergo aliud esse locãs tantum, & sicut in illis id qđ est mouẽs tantum, est causa motus in oĩbus aliis, ita necesse est ꝙ id qđ est locus tãtum, sit causa localitatis in oĩbus aliis, nullum autẽ corpus est locus tantũ nisi cœlum, sicut ex antea dictis est manifestũ, oportet ergo ꝙ uirtus & ratio locationis sit in omnibus aliis a cœlo. Amplius quæcunq; una natura inuenitur in pluribus participata scđm rationẽ unam, oportet ꝙ illa sit in aliquo uno primo qđ est causa illius naturæ in omnibus aliis, sicut probat egregius philosophus Aristotiles in secũdo suo Metaphisice, & est suum exemplũ, de omnibus calidis, quæ causantur ab uno calido per se, ꝙ est ante ea, & hoc est ignis. Quũ ergo ratio loci inueniatur in pluribus simul locantibus & locatis, oportet ꝙ sit unum aliud ante ea quod sit locus primus, uirtutem loci causans in omĩbus aliis. Et hoc quidem est necessarium de uirtute loci secundũ quam est motus ad locum, sicut ad formans & seruans in esse formæ locata, hæc ergo ad præsens de loco simpliciũ dicta sunt.

¶ Cap. quintũ de cõmunibus proprietatibus locoꝝ in quibus generãtur & conseruantur composita ex elementis.

d E natura aũt locoꝝ, inquibus generãtur & cõser/
uantur cõposita, multifaria ualde est authoꝝ tra/
ditio, sed ut a cõmunioribus sit narratiõis exordiũ
oportet nos scire ꝙ sicut diximus superius, ꝙ locus oĩm
cõpositoꝝ cõmixtus & cõpositus est, neqꝫ est aliquod cõ
positoꝝ, ꝙ habitet in elemẽto simplici, & ideo in loco ge/
nerationis eoꝝ, tria se elemẽta contingũt, aer uidelicet aq̃
& terra. Ignis aũt scd̃m locũ ibi esse nõ poterat, eo ꝙ est
simpliciter leuis, & ideo quia nõ erat utile quum sit nimis
uehemẽter actiuus, dissolueret enĩ omne cõpositum, pro
pter quod nihil habitat nec mouetur in igne, sicut in libro
de causis proprietatũ elementoꝝ ostẽdemus, licet autem
quædã cõpositoꝝ eleuẽtur in aerẽ sicut aues, tamẽ ipsoꝝ
habitatio in genere in terra est, & similiter est de piscibus
qui natãt in aquis, quiescunt enĩ oĩno hæc in terra, & ideo
ꝓprie terra est locus ipsoꝝ, sed aer & aqua sunt loca per
quæ est ipsoꝝ motus ad cibũ, cuius causa est pfectio, quia
aues leues sunt & carnes earũ in genere leuiores sunt aliis
carnibus, ꝓpter ꝙ saniores a peritis medicoꝝ iudicãtur le
ues aũt sunt ex multo aere & spirituali ꝙ est in eis, & ideo
locus eoꝝ est aereus ut frequẽter, pisces aũt qui frigidi sũt
naturã habẽt aqueã, spissam, piguescentẽ & uiscosam in
genere, & ex tali cõnaturalitate aquã ꝓhabitatiõe, ab or/
dinante oĩa natura acceperũt. Gressibilia aũt grauia sunt
& terrestria, ꝓpter ꝙ in terra morãtur sicut in loco habi/
tationis suæ cõgruo. Si quis autẽ particulariter uelit cog/
noscere oẽs naturas & ꝓprietates particulariũ locoꝝ, in
aqua aere & terra, sciat ꝙ nõ est pũctus in eis, qui nõ ha/
beat specialẽ ꝓprietatẽ, ex uirtute stellaꝝ, mediã habita/
tionẽ cõmixtoꝝ respicientiũ, ad quodlibet enim punctũ

habitatiōis animaliū & plantaꝝ et lapidū, uariatur circu/lus orizontis, & ad uariationē circuli orizontis, totus re/spectus cœli ad mediū habitatiōis uariatur, qua de causa uariātur naturæ & ꝓprietates & mores & actus & speci es coꝝ, quæ in eodē sensibili loco uidētur generari. Dein/de ꝙ & gemmis & seminibus, hoībus et brutis ex hoc di/uerso respectu ꝓprietates & mores diuersi attribuantur, hoc est rationale, qa cōpertum est diffundere uirtutes for matiuas in omne ꝙ est, maxime aūt diffundit eas p radios emissos a luminibus stellaꝝ, & ideo cōsequens est ꝙ quæ/libet figura radioꝝ & angulus, diuersas in inferioribus cau set uirtutes. Cū ergo ex mutatione orizōtis necessariū sit mutari totū circulū, & ex mutatiōe circuli tota mutetur figuratio radioꝝ. Cūq; qdlibet punctū habitationis, unū speciale centrum cōstituet orizōtis, necessario cōsequitur ꝙlibet pūctus habitatiōis, habere uirtutes speciales, qui/bus informatur id qd locatur in ipso, & hæc causa est, cur nulla rerū generataꝝ inuenitur oīno & per oīa similis al/teri in ꝓprietatibus, & hic locus proprie est, de quo dicit Porphirius, qd est unū de indiuiduātibus, qa sicut tradit Boetius impossibile est ibi imaginari uel itelligi, ut duoꝝ aliquoꝝ sit locus oīno idē, & sicut hic est & in totis & pfe ctis rebus, ita est in partibus rerū, quia sicut locus unius, nō est alterius in toto, ita nec locus unius partis, est locus alterius partis, cōuenientia tamen est in locis, quæ uicina sunt in ꝓprietatibus communibus, & ideo ea quæ uicinæ habitāt, similes frequēter habēt cōplexiones, & similia cō seruātia, & similia corrūpentia in cōmuni. Similitudo au tem & dissimilitudo locoꝝ et uirtutū formataꝝ, quæ sunt ex loco in materia, per signū maxime deprehēdi potest, in

quodā magnetis genere, qui in uno angulo fugat ferrum & in alio attrahit ipsum, quādo eni unus angulus ab alio nō differt per magnū loci spaciū. Oportuit ꝙ uicina ualde loca aliquādo sint diuersarū & cōtrariaꝝ uirtutū, hæc eni cōtrarietas nō est ex materia, qa materia nō est causa uirtutis & formæ, oportet ergo ꝙ sit ex loco informato a figuratione radioꝝ stellaꝝ, & hoc est quod egregie dicit Hermes in libro de uirtutibus uniuersalib9, ꝙ cōstellatio est causans uirtutē qualificatiuā stellarū, quæ infunditur inferioribus, & est formatiua ipsoꝝ, per qualitates elemētorum, quæ sunt instrumēta uirtutū cœlestiū, nō tātum autē quilibet locus particularis alterius est ꝓprietatis, q̄ alius, sed etiā quilibet per se, diuersarū successiue efficitur ꝓprietatū, eo ꝙ per ortū & occasum stellarū sup ipsum, & diuersam habitationē earū ad locū, quēlibet necesse est uariari ꝓprietates ipsius, & hæc causa est q̄re mutātur res generatæ, ex suis cōtinentibus quādoq; in melius, q̄n̄doq; in peius, licet hoc īmutari & impediri possit aliquādo per hæc, ꝙ generata ꝓfunde in se receperūt cōtrarias dispositiones, sicut uidemus quorundam corpora nō egrotare in locis infirmis, ꝓpter fortissimā illoꝝ corporū dispositionem contrariā dispositioni infirmitatis, quæ inuenta est in loco, immutationes autē tales in elemētis statim apparēt, & cū modica uariatiōe stellarū, sed in elemētatis nō adeo cito perpēdunt̄, & hoc cōtingit ideo, qa elemēta parum distāt a materia, & ideo facilime recipiūt impressiōes oēs agentiū in ea. Sed elemētata q̄si certas & terminatas habent materias per suas formas, & ideo resistūt magis agētibus in ea, tandē tamē necesse est, ꝙ ipsa alterētur & corrumpātur, finita periodo sui esse, q̄d habēt ex uirtutibus

causæ cœlestis, sicut melius explanabit in fine libri perigenæos, hæc ergo & similia sunt quæ notãtur circa locũ in cõmuni, qui tamẽ per accidẽs ex uicinitate montiũ uel situ eorum uel ex uicinitate marium freq̃uẽter impediũtur, et aliquãdo recipiũt impedimentũ per artificiũ peritorum uirorum, qui nouerũt situs & uirtutes stellarum, & impediũt effectus earũq̃a sicut dicit Ptholomæus in quadripartito, stellarũ effectus & impediri et expediri possunt per sapientiã peritorum uirorum in astris.

Cap. sextũ de distinctione terræ per loca habitabilia & non habitabilia.

Est aũt duplex habitatiõis terræ diuersitas ex habitudine cõparationis terræ ad cœlũ, una quidem quæ distinguit terrã totã ĩ quinq; plagas siue zonas, quas ponit Plato & Pythagoras & Homerus & plures alii authores. Alia aũt penes quantitatẽ climatũ sc̃dm latitudinẽ ab eq̃noctiali est distinctio, & de prima quidẽ loquemur primo, & ostẽdemus quicq̃d de hoc tractauerunt antiqui irrationabiliter, tamẽ dicta nõ accipiamus in his. Est aũt traditio Pythagoræ et Homeri & præter eos oĩum qui in Aegypto philosophati sunt, sed et apud Latinos Ouidii, & aliorum multorum, terrã totã diuidi in quinq; zonas, sc̃dm quinq; zonas cœli, quarũ tres ponũt inhabitabiles, & duas tantũ habitabiles esse uoluerũt, quarum mediã uocant perustã siue torridã, et hãc dicũt esse partẽ terræ, quæ supponit̃ spacio q̃draginta octo graduũ fere, quod est inter duos tropicos, inter quos est uia solis. Declinat enĩ sol ad aquilonẽ uersus tropicũ æstiualẽ fere per

uigintiq̄ttuor gradus, et per totidē declinat ad meridiem uersus tropicū hyemalē, et quia uia solis directe est super spacium illud, bis in anno dicūt ꝙ ibi reflectit̄ radius eius in seipsum, ꝑpter ꝙ cōbustiuus est & facit partē illā ex nimio calore inhabitabilē, dicūt etiā ꝙ mare salsissimū spacio illi suppositū facit locum magis inhabitabilē, & salsissimum dicunt esse, ꝑpter terrestre multū combustū & inmixtum eidē. Locum aūt ex mari inhabitabilē dicunt, ꝙ reflexio radii in se refracti & calidissimi fit ad littora ꝑ circuitū talis maris, quæ reflexio multiplicat calorē in littore, & incēdit litus & facit ipsum habitationi nō congruū. Duas autē sub polo sitas regiōes utrasq; inhabitabiles esse dicūt ꝑpter frigus, eo ꝙ nimis elongatæ sunt a uia solis ad quas radii solis nō ueniūt nisi oblique ualde, & nō faciunt angulū in ipsis, nisi hebetē & obtusum ualde, uel forte cōtingunt illa loca tantum, & ideo nullius effectus uel parui ualde effectus sunt in illis, & ideo mortificās frigus est in locis illis, & humores locoꝝ illoꝝ ꝑpter congelationem illoꝝ misteri nō ualent ad complexionē uiui alicuiꝰ constituendā, ꝑpter ꝙ uenti a nostro polo uenietes, frigidi sunt ualde & sicci, eo ꝙ humidū cōgelatum eis permisceri nō potest. Quātitates autē illoꝝ duoꝝ locorum esse dicūt diuersimode. Quidā enī crediderūt hoc spaciū factū a septimo climate totū spaciū uersus aq̄lonē, & tūc oporteret ꝙ esset spaciū illud ab utroq; polo uersus tropicum utrūq; q̄draginta duoꝝ graduū, quia latitudo septimi climatis est quadragintaocto graduū, & tota latitudo quæ est ab eq̄noctiali ad alterū poloꝝ, est nonaginta graduū, & ideo dēptis. 48. gradibus septimi climatis, remanerent 42. de latitudine regiōis inhabitabilis. Cū autem. 24. sunt

ferme gradus, inter eqnoctialem & tropicũ alterũ, remaneret regio habitabilis citra tropicũ uersus polũ. 24. graduum, & hæc est latitudo habitabilis inter torridã & frigidã zonas, uersus quẽcunq; polorũ. Hæc ergo est distinctio terræ habitabilis, & nõ habitabilis, sc̃dm dicta antiquorũ. Est aũt dubitatio magna de torrida. Vtrũ ipsa ſm totũ sit inhabitabilis sicut antiqui uidẽtur tradidisse, uidet̃ autẽ Platoni & Democrito & Pythagoræ & sociis eorũ, q̃ totũ hoc spaciũ sit inhabitabile, ꝑpter quinq; rationes, Quarũ prima sumitur ex dispositiõe radii solis sup illa loca incidentis. Cum eñi oĩs radius incidẽs reflectat̃ ad parẽ siue equalẽ angulum, oportet necessario q̃ radius incidẽs alicui terræ ꝑpendiculariter, in seipsum reflectatur. In seipsum aũt reflexus radius causat adustionẽ, sicut ꝓbatur in ꝑspectiuis. Cũ ergo radius solis cuilibet loco terræ qui est inter duos tropicos, bis in anno ꝑpendiculariter incidat, oportet q̃ adustionem inmoderatã bis in anno perficiat, per quã torridã reddit, & nõ congruã cõplexionatis & cõmixtis habitationẽ. Secũda ratio quæ fortior est inter oẽs est, q̃ circulus signorũ arcus est & corde eius par uæ iuxta pũcta quæ attingũt duos tropicos, uiginti enim gradibus ultimi geminorũ, parũ distãt a uiginti gradibus cãcri, & si ducẽtur corde a gradibus geminorũ ultimis, ad grãdus cãcri primos sibi mutuo per cõparitatẽ respõdentes, essent corde breues, quæ subtendũtur arcubus paruis eo q̃ circulus signorũ ascẽdit ibi ad punctũ tropici, & descendit ab eodẽ. Sol ergo quando uadit in gradibus quadraginta dictis quasi stare uidetur in loco eodem, & statu suo cõtinuo exurere terræ habitationẽ, eo q̃ sicut una columpna radiorũ suorũ cõtinue ꝑpendiculariter incidit ter-

ræ, & exurit eam, reddit ergo eam inhabitabilẽ, oĩno autẽ & eodẽ modo facit in ultimis uiginti gradibus sagittarii et primis uiginti gradibus capricorni, quibus accedit & redit ad punctũ tropici hiemalis. Incẽdit ergo ibi habitationem & reddit inhabitabilẽ, duo ergo calidissima sunt loca, quæ sub duobus sunt tropicis. Sed inter duo calidissima nõ est temperatũ mediũ, temperatũ enĩ mediũ est inter calidissimũ & frigidissimũ. Sic ergo nec locus qui est sub eqnoctiali est tẽperatus, & sic totum spaciũ quod est inter duos tropicos, est cõbustum, intemperatũ & habitationi incõgruum, quia sicut dicit Arist. in libro de causis proprietatũ elemẽtoꝝ, & nos infra explanabimus, radix habitatiõis est equalitas & tempamentum. Istæ aũt duæ ratiões sunt fortiores inter ratiões antiquoꝝ torridã esse supponentiũ. Ad hoc aũt inducunt & tertiã ibi esse mare dicẽtes cui quũ radii solis & stellaꝝ incidunt diuaricãtur & ex politione et tersione aquæ, & a frigiditate aquæ, calor excitatus a radiis, expellitur ad littora, & cõburit ea et reddit locũ inhabitabilẽ, hoc aũt mare salsissimũ esse dicunt, ꝓpter multũ terrestre combustũ et mixtũ ei, dicunt etiã cõstare per speculũ concauũ si radius incidit ꝑpendiculariter, elicitur ignis, ita reflexio radioꝝ sup aquã maris illius ꝑpẽdiculariter facta, totã habitationẽ reddit ignitã & cõbustã, addũt etiã q̃rto ex ꝓbabilibus cõiecturis obicientes dicẽdo, ꝙ nos inuenimus loca illa quoꝝ declinatio est parua a tropico æstiuo ualde calida in æstate & quasi intollerabilis caloris & hyems illoꝝ locorum est tẽperata, non habẽs gelu, sicut sunt loca tertii climatis cuius latitudo est triginta graduũ & dies eius longior quattuordecim horarũ. Si ergo illa loca sunt tam uehemẽter calida,

propter unã æstatẽ quã habẽt, ex sole appropinquãte eis & nõ incidẽte sup cenith capitis eorũ, ꝓbabile est intollerabilis caloris esse terrã, cui incidit ꝑpendiculariter bis in anno, & ideo esse inhabitabilẽ. Quintã etiã rationẽ afferunt ex cõiecturis asserentes, ꝙ oĩs complexionati oportet temperatã esse habitationẽ aliquã, & non esse temperamentũ, nisi inter duo cõtraria intẽperata / et ideo nõ esse habitationẽ aliquã nisi inter inhabitabilẽ ꝓpter frigus in parte una, & inter inhabitabilẽ ꝓpter calorẽ in parte alia. Sub utroq; autẽ polorũ necesse est esse inhabitabilẽ propter frigus. Necessariũ est ergo in medio circa equinoctialem esse inhabitabilẽ ꝓpter calorẽ. Sũt aũt Ptholomeus & Auicenna in contrariũ, dicunt enĩ isti ꝙ nos uidemus multos hoĩes oculis nostris qui habitauerãt inter tropicũ æstiuũ & equinoctialẽ, & libri philosophorũ ibi degentiũ uenerunt ad nos de astris. India enĩ & Aethiopia in parte est in locis illis, & ex hoc cõtingit ibi oportere esse habitationẽ, multas enĩ ciuitates gentis Archeme et Indorum et Aethiopũ in parte cõstat nobis in climate illo esse. Similiter autẽ tota secũdi climatis fere latitudo inter eqnoctialem & tropicũ æstiuum cõsistit, cuius latitudo est uiginti q̃ttuor graduum quanta est declinatio solis ab eqnoctiali scd̃m Ptholomæũ, et sunt in eo multæ ciuitates famosæ et nomiatæ, quarũ habitatores pluries ad nos deuenerũt Est autẽ etiã rationabile, ibi esse habitationẽ, quum enim iuxta philosophorũ traditionẽ, sol in obliquo circulo per accessum sit causa generatiõis & per recessũ sit causa corruptionis, oportebit potissimum ibi esse generationẽ ubi equaliter accedit et recedit. Est aũt hoc sub eqnoctiali, est ergo ibi potissima habitatio generatorũ & generationis.

Amplius

Amplius recessus solis facit frigus, cũ ergo recedit ab al/tero tropicorũ, ultimus eius recessus faciet frigus & pro/ximus accessus faciet calorẽ, est aũt mediũ inter calidum & frigidũ temperatũ, ergo in medio accessu & recessu lo ca illa erũt tẽperata, et sic habitationi congrua, Amplius stellarũ effectus fortissimus est in loco illo in quo multi/plicãtur maxime radii eorũ, hoc aũt est in uiis planetarũ, cũ ergo uiæ planetarũ sint inter duos tropicos erit ibi for tior uis stellarũ, uis aũt stellarũ est in generatiõe, ergo erit in locis illis potissimũ generatio, nõ potest aũt generatio esse nisi in loco habitatiõis generatorũ, oportet ergo ha/bitationẽ esse congruã generatis. Hæc autẽ indicant etiã ea, quæ de imaginibus dicta inueniuntur, heæ enĩ maxĩe ꝑfectæ sunt in uiis planetarũ in locis. s. quæ directe et per pendiculariter respiciunt. Ex omibus ergo his ratiõibus multis & magnis uiris, q ante hoc nostrũ tẽpus fuerunt, uidetur ꝙ locus q antiqs torrida uidebat̃ esse, sit habitabi lis, oĩbus aũt his cõsiderationibus habitis, consentiendũ uidetur Ptholo. & Auicẽnæ, ut dicamus torridã nõ oĩno esse torridã, sed esse habitatã tam in littoribus maris qđ ibi est & mare Indicũ uocatur, qđ multos habet adamã/tes in fundo q̃ etiã & in multis insulis maris, quæ etiã ibi/dem a philosophis diuersis esse describũtur. Sed distin/guendũ est, quoniã sub tropico æstiuo ꝓpter rationes su/perius inductas, nõ potest esse cõtinua et delectabilis ha/bitatio, sed aliquãdo delectabilis, & aliquãdo laboriosa & nõ delectabilis, Sed sub eqnoctiali, quæ est in medio regi onis illius, quæ torrida uocatur, cõtinua et delectabilis est habitatio, quia licet radius solis bis in anno ibi reflectatur in seipsum, eo ꝙ illi loco ꝑpendiculariter incidit, tamẽ nõ

diu figitur in eodem loco, quia circulus solis ibi extensus est, & quasi recte recedit ab eqnoctiali, nec rursum accedit ad ipsum nisi iterpositis quattuor signis ad minus, & ideo caloris accessus nō figitur circa locū unū, & ideo locū nullum accēdit, & interuenit magnū tēpus inter calorē solis, quē facit accedēdo, & eum quē facit in secūdo accessu, ꝓpter ꝙ unus calor aliū in loco nō inuenit, & ideo calor ibi nō multiplicatᷣ, nec est uerū ꝙ inter duo calidissima nullū sit temperamentū, qa recessus solis causat frigus ex uictoria inferioꝝ elemētoꝝ causatū, & ideo licet frigus non sit ibi in summo, est tamē ibi ut temperās extremæ calorem. Et ideo dixerūt quidā philosophi locū illū esse temperatissimū oīum locoꝝ, quū tamē dicto eorum nō puto esse assenciendū, sed dicēdo ꝙ temperatissimū esse necesse est eoꝝ locoꝝ, q sunt inter duos tropicos, & congruens plus cōplexionibus eoꝝ q in regione duorum primorū climatum nascūtur, nisi forte per accidēs alias ibi locus ex mōtibus tēperetur, sed de hoc accidente loquemur inferius. Sicut aūt diximus nō esse continue delectabilē habitationem sub tropico æstiuo, ita cōsentimus etiā non esse cōtinue delectabilem habitationē in insulis illius maris & in littoribus, sed tēpore quo sol perpēdiculariter incidit locis illis, in subterraneis erit habitandū uel recedendū ad tēpus, usqꝫ quo sol loca illa respiciat obliquæ, & hæc est de locis illis traditio Ptholomei & Auicēnæ in libro de diuisione locorum habitabiliū, ad ea aūt quæ inducta sunt, facilis est determinatio per antedicta.

¶ Cap. septimū. Vtrū habitabilis sit quarta pars terræ quæ est ab equinoctiali usqꝫ ad polū Australē.

o Ccurrit autẽ hic quæstio grauis, in qua etiã reges potẽtissimi, & philosophi peritissimi ab antiquo laborauerũt. Reges quidẽ experiẽdo, et philosophi per inuestigationẽ ratiõis. Vtrũ. s. aliqd de terra quæ ab eqnoctiali usq; ad polũ Australẽ extẽditur, habitetur uel possit habitari. Si eni habitari potest, tũc frustra esset nisi habitaret a plantis & aialibus et hoibus: sunt autem magnorũ multorũ rationes q nõ possit habitari, & inducunt precipue tres, quarũ una est Pthtlomæi, q ad illam partẽ minor pars dyametri solis cõuersa sit, et ideo propter uicinitatẽ corporis solis ibi et ultra tropicũ hyemalẽ effectus sit locus inhabitabilis. In tropico eni hyemali q in meridie est, tres, ut inqt, concurrũt causæ caloris intollerabilis, Quarũ una est rectitudo circuli solis circa tropicum p accessum eius in sagittario & pcessum eius in capricorno. Et altera ppendicularis casus radii eius sup loca illa, quas duas causas superius explanauimus. Tertia uero causa, est uicinitas solis corporis, eo q minor pars diametri eius est uersus finẽ sagittarii, & hæc potissima est causa exurẽtis caloris, & ideo dicũt loca illa & uicina effici inhabitabilia ppter æstum, & concordãt cũ hoc fere oim sententiæ qui dicũt circulũ solis concentricũ nõ esse. Secũda ratio sumitur ab hoc, q necessariũ est distribuere terram, sic q in aliquo loco cõgruat habitationi. Scimus enim in polo septẽtrionali esse frigus dominans, qđ superiora elementa cõuertit in inferiora, & in medio probatum est esse temperamentũ p latitudinẽ septẽ climatũ, ergo necessarius erit locus eius in quo calor dominet, ex uictoria superiorum elementoꝝ sup inferiora, et hũc dicũt esse quartã partẽ terræ, quæ i supiori nostri hemispherii ab eqnoctiali

circulo extēditur usq; in polū Australē, cuius signum esse dicunt, ꝙ amphitrite inuenit fluere cōtinue ab Aquilone in meridiē, cuius causa alia fingi nō potest, nisi qa cōtinua cōuersione superiorū elementoꝝ in inferiora exaltet con/tinue in aqlone, & per oppositā causam cōuersionis infe/riorum elementorū in supiora deprimit & diminuitur in meridie uersus polum Austrinū nō ab alto siue per deue/xum inde pressum. Tertiā autē suæ sentētiæ assertionē in ducunt a regū experimētis, nullus enī regum describentiū orbē neq; aliqs historiagraphorū seu astronomoꝝ uel ali/orum philosophorum unq̄ aliqd scripsit de illis locis, nec unq̄ aliqui illuc puenire poterant, licet multū laborauerit & hoc signū esse dicūt, ꝙ nullus oīno habitet in locis illis, & si nullus habitat, frustra esset habitabilis. Sed his con/trarii sunt plures philosophoꝝ, Auerrois enī sup quarto de cœlo & mū, dicit Aristo. & suā fuisse opinionē ꝙ loca illa sint habitabilia, & rationē inducūt necessario id pro/bantē, ut mihi uidetur, dicit enī inter calidū & inter frigi/dum necessario esse tēperamentū. Est aūt locus calidissi/mus sub tropico hyemali, frigidissimū aūt esse necesse est sub polo, eo ꝙ obliqssime locū illum radii solis respiciūt, in medio aūt per eque distantiā ab utroq;, locus erit tēpe/ratus & cōgruus ad habitandū. Negat aūt Auerrois cir/culum solis esse eccentricū circulū, in quo mouet, & ideo tertiā causam caloris sub tropico hyemali dicit esse falsā & nullā, sed & potius quartā quæ ab equinoctiali circulo usq; in polum Australē est esse diuisibilē per climata ha/bitabilia sicut & diuidit quarta terræ nostræ septētriona/lis in qua nos habitamus. Quidā autem antiquoꝝ philo/sophoꝝ propter hoc terrā nō esse rotundā asserebāt sed

semisperalē factā, & nullam oīno esse terrā, sed aquas esse dicebāt uersus polū Australē, & ideo ad nos neminē peruenisse de habitatiōe quartæ quæ est ultra eqnoctialem, dicunt eni medium semisperalis terræ aquilonaris inmersum aquis, & ab eqnoctiali usq; in polū nō esse nisi aquā & aerem & ignē, & non apparere de terra nisi dimidiū semisperalis figuræ eius, et in illa nos habitare cōtenderunt Quodquidē dictū qa contra rationē est, & improbatū in libro cœl. et mun. hic ptransimus, & precipue qa rationē isti pro se nullā inducūt, nisi illā qa rumores de habitatiōe quæ est ultra eqnoctialē certos nunq̄ perceperūt. Est aūt hæc sentētia in fabulis Hesiodi antiquitus lecta. Alii autē his nō cōsentientes, dixerūt qd̄ terra quidē esset rotūda. Sed dixerūt ꝙ quarta terræ, quæ est aquilonaris est eleuata ultra locū mūdi & nō porrigit̄ sup aquas nisi sit ꝯgrua habitationi, & tres aliæ quartæ submersæ sunt sub aquis, & ideo nō est in eis habitatio nisi natatilibus tantū. Dixerunt autē ꝙ extra quartā aquilonarē sunt stellæ quidem aquilonares, & in hac sentētia dicit̄ fuisse Socrates, quia autē de hac opinione mētio erit in secūdo de causis ꝓprietatum elemētoꝝ, ideo usq; illuc differimus, disputationē precipue cōtra ipsam, qa nos in libro tertio cœl. & mun. ꝓbauimus, terrā esse directe locatā sub oibus aliis elemētis in medio mūdi, inquantū est mediū mūdi, hoc eni satis refellit errorē qui hic dictus est. Ptholomæus aūt in libro de dispositiōe spheræ qui est itroductorius in almagestū, dicit sub utroq; tropicorum æstiuo & hiemali habitare Aethiopes, & cōfirmatio huius est per quendā poetam cuius nomē est Phātes qui Phātes inducit Homerū dicētem & sunt hæc uerba Ptholomæi. Natura quidē exigit

duo genera Aethiopũ, quoꝝ unũ eſt ſub tropico æſtiuo, & ſunt Aethiopes qui ſecuntur nos, & alterum eſt genus Aethiopũ qui ſub tropico hyemali ſunt, qui eſt tropicus æſtiuus eis, quoꝝ pedes ſunt in directo pedũ noſtrorũ, & Phantes quidã retulit de Homero uerſificatore, qa ipſe dixit hos Aethiopes in uerſib9 ſuis cũ dixit. Et uirtus in duobus finib9 duas habet diuiſiões quaꝝ una eſt in occaſibus orizontis, & altera eſt apud eleuationẽ. Sunt autẽ quidã dicentes deſerta harenoſa longi ſpacii iacere inter media, quorum ſterilitas tranſitũ ꝓhibet, & ideo dicunt nullum ibi habitare, qa cum genus hominũ ab uno conſtet diſſeminatũ eſſe, aut ille, ut inquiũt, fuit in quarta aquilonari, aut in quarta meridionali, & ſi quidẽ dicaĩ fuiſſe in quarta aqlonari ſicut uerum eſt, tunc ad quartã illã trãſire nõ poterat ꝓpter deſerta aduſta lõgi ſpacii. Si aũt in q̃rta meridionali, tunc ad iſtam quartã trãſire nõ potuit, & nos falſum eſſe uidemus, cum oculis uideamus hoĩes hanc quartam aquilonarem inhabitare. Nos autẽ ſaluo meliori iudicio dicimus aliquã partẽ quartæ, quæ eſt ultra equinoctialem ad meridiẽ eſſe habitabilẽ ſcd̃m naturã, & etiam habitatam ut putamus, uidetur enĩ conſentiendũ Phanti & Homero in hoc ꝙ dicunt naturam exigere, ꝙ ſint duo genera Aethiopũ, ſed in hoc ꝙ dicit Homerũ dicentẽ, ibi terram eſſe late ſupficiei, & nõ rotundæ, nõ cõſentimus, qa rotundã eam eſſe ſatis ꝓbauimus in libro cœl. & mũ. Sed uidetur ꝙ multũ laborioſa & non cõtinua ſit habitatio ſub tropico capricorni ꝓpter cauſas ſuperius ĩductas, ſed ſpaciũ ꝙ eſt poſt tropicũ capricorni uſq; ad latitudinẽ ſeptimi climatis in meridiẽ mẽſurando, hoc eſt uſq; ad latitudinẽ. 48. uel. 50. graduũ habitabilẽ eſſe ſcd̃m dele/

ctationem & cōtinue, ficut & noſtrū & forte plus quam noſtrū, propter hoc ꝙ ibi ſuperius cœli & ſolis uicinitas plus tēperat frigus regionū, quæ diſtāt ab eqnoctiali per 50. grad9 in meridiē, q̄ faciat in Aqlone, eo ꝙ aux eius eſt in Aquilone & oppoſitio augis in meridie, ꝙ autē dicitur regionē illam, quæ in meridie eſt inter equinoctialē & tropicum capricorni eſse aduſtā, hoc modo uerū eſt quo ſupra diximus, ſed hoc nō ꝓhibet quin aliquādo poſsit habitari, quādo. ſ. ſol eſt in aquilonaribus ſignis, tunc enī eſt eis hyems, & hoc modo etiā nihil prohibet, quin homīes quartæ aquilonaris poſsint trāſire ad hoīes quartæ meridionalis, nō impediēte exuſtione ſolis. Sed quod homines de eis ad nos nō pueniunt, oīno nō puto eſse uerum, cum Homerus iam locutus ſit de eis, & etiā Lucanus de Arabibus, qui in torrida habitāt, ſcribat dicens, ꝙ umbras quas habebāt dextras, in terra ſua, quādo ſe cōuertebāt ad orientē, in meridie ſuo, ueniētes in quartā aquilonarē, uidebant ire ſiniſtras, & ideo dicit loquēs ad eos. Ignotū uobis Arabes ueniſtis in orbē, ſed ꝙ raro tranſeūt, cauſa una eſt latitudo deſerti interiacētis, ſicut ſcribūt hyſtoriographi, hoc enī deſertū harenoſum eſt, & procellas harene facit in eo uentus, & eſt uaſtum & latū, ita qd̄ ſpacio multarū ſeptimanaꝝ trāſiri nō poſsit, & ideo ꝑpter ariditatē illius cōtingit ꝙ parum ſcimus de ibi habitātibus, & ꝙ nuncii regum, & exercitus illuc nō tranſierūt, ibi intelligit̄, ꝙ dicunt philoſophi, ꝙ nullus inuenitur ſcripſiſse aliqd de habitatione illa, cū philoſophi diuerſa ualde ſcribant de hoc et ideo dicimus ſicut nobis uidetur nō præiudicātes aliter dicētibus, in libro enī Metheoroꝝ aliqd dicemus iterū de hoc, ſcd̄m ſentētias philoſophoꝝ, ſed quicquid ibi dicturi

Ecce cōcludit ultra eqnoctiale. 50. gradibus terrā eſſe habitabilē ꝙ Veſputius ſuperioribus annis in ſuis nauigationibus inuenit & deſcripſit.

sumus, hoc erit opinionis aliorũ, hic autẽ uere scripsimus opinionẽ nostrã. Legi ego iam quandã causam cuiusdam philosophi, quare nõ sit transitus a quarta aquilonari per torridam, ad quartã meridianã, dicebãt eni sub torrida ex parte meridiei esse montes de lapide qui dicitur Magnes, & esse illud genus Magnetis talis naturæ, ꝙ carnes huma nas sibi attrahat, sicut noster Magnes attrahit ferrũ, & ꝓpter illos nullũ posse transire, sed hoc impedimentũ non ubiq; esse credo, sed forte in aliquo loco. In descriptiõe aũt orbis facta sub cæsare Augusto, legit̃ ꝙ nũcios misit Augustus ad reges Aegypti & Aethiopiæ, ꝗ naues & impẽsas pararẽt necessarias eis quos miserat ad transiendũ, & uenietes sub eqnoctiali, loca paludosa inuenerũt, in ꝗbus diffundit̃ nilus, & lapidosa quæ nec nauibus nec pedibus poterãt trãsire, & ideo reuersi negotio nõ peracto. Quosdam aũt uidi homines, ꝗ causam quare nõ trãsitur, dicũt inaccessibiles esse mõtes, precipites et desertos, sed mirum uidetur, ꝙ undiq; sint iaccessibiles, sic ꝙ nunꝗ̃ possit trãsiri, unde in his oibus credo uerius esse ꝙ difficilis sit trãsitus & nõ ipossibilis, & hoc ꝓpter uastã & arenosam eremum, quæ torrore solis sterilis est, et ideo sine lõgo itineris uiatico, trãsiri nõ potest, & hãc esse causam existimo, q̃re parua est cõicatio hoim ultra eqnoctialẽ existentiũ in climatibus meridionalib9, cũ his ꝗ nobiscũ habitãt in q̃rta aquilonari.

Capitulum octauũ de in habitabilibus regionibus propter frigus.

His autẽ habitis, de duabus regiõibus inhabitabilibus propter frigus est tractandũ, has autẽ ambas

regiones

regiones, circa utrũq; polum esse cõstat, & quãtæ sint la/
titudinis nõ est certe probatũ, sed tamen puto ꝙ oĩa loca
sup quæ per mẽsem uel amplius est dies, quãdo sol est in
tropico æstiuo, uel in tropico hyemali, sunt inhabitabilia
ꝓpter frigus, et similiter loca quæ sunt maioris latitudinis
& hoc quidẽ probaẽ per experimentũ eoꝝ, qui habitant
ultra latitudinẽ loci. 56. graduũ, qui tantũ frigus in terris
suis in hyeme habẽt, ꝙ sine periculo uitæ, ab igne lõge se/
parari nõ possunt, & terra parum ibi gignit, & hoc quod
gignit ad perfectã nõ ꝑuenit maturitatẽ, & ideo oĩno ui/
detur inhabitabilis, oĩs locus maioris latitudinis existens,
Sed tamẽ sicut diximus de locis quæ sunt sub equinoctia/
li & tropicis, ꝙ uidelicet quædã sunt nõ continue habita/
tionis & laboriose, ita est de locis quæ sunt in latitudine iu
xta polũ, ꝙ quædã sunt nõ continue habitationis & inde/
lectabilis, nec habitari possũt nisi in æstate, propter ꝙ &
pisces maris illius, tẽpore frigoris uidemus trãsferre se ad
littora uersus meridiẽ, & in æstate reuertũtur, eo ꝙ in hy/
eme intollerabile est eis frigus illoꝝ locoꝝ, quod aliquan/
tulũ tẽperatur in æstate. Est autẽ sub polo perpetuũ fri/
gus, & regio cõtinue tenebrosa, nec unq̃ ibi apparẽt stel/
læ, nec sol, cũ tamẽ per dimidiũ annũ sit ibi dies continue,
& per dimidiũ annũ nox, ꝙ ideo cõtingit quia excellens
frigus illius regiõis, cõtinue spissat aerẽ, & cõuertit ipsum
in aquã, & ideo in modũ nebulæ spissæ continue expãdi/
tur ibi aer sup aquã, uirtus enim radioꝝ solis & stellarum
quæ ibi est, parua est, & quãuis ibi multiplicẽ ex reuer/
beratione quæ fit, tum ꝓpter hoc, quia aqua polita est &
reflectit id quod ad ipsam penetrare nõ potest de uirtute
radioꝝ, tum ꝓpter naturalẽ ipsius aquæ frigiditatẽ ex aq̃

repercutiẽdo a se multiplicat calorẽ, tamen cum toto illo nõ efficitur radius fortis, & ideo eleuat uapores aquæ, & nihil cõsumit de eis, ꝓpter quod nebulosus et caliginosus est aer illarũ regionũ, & ꝓpter hoc semp sunt ibi tenebre, & hoc etiã narrãt experimẽtatores nauigãtes partes oceani aquilonaris nostræ habitabilis, & quãdo uidẽt tenebras, fugiũt, reputãtes se ulterius nauigare nõ posse, eo ꝙ propter caliginẽ nebulæ spissæ, quæ ibi est, se dirigere nõ ualẽt, ideo quia uisus ibi ad proxima loca, extra nauiculã penetrare nõ potest, & ideo si intrarẽt caliginẽ, ad lumen redire nescirẽt, propter ꝙ ibi natura locoꝝ illoꝝ non satis nobis certa esse potest, quia nõ uenit ad experimentũ, nisi ꝙ scimus, ꝙ frigus extremũ dominet̃ ibidẽ, & quia frigus excellẽs est mortificatiã qualitas, coniiimus ibi pauca, uel nulla uiuere aĩalia, et si forte ibi aliqñ apparẽt aĩalia, oportet ꝙ sint magna corpore & multoꝝ crinium, quæ frigus non cito penetrat, & oportet ꝙ nõ continuã ibi habeant habitationẽ, & forte frigus illorum locoꝝ causa est, quare uẽtus aquilonaris est frigidus apud nos. Sed apud habitantes ultra equinoctialẽ, uentus a polo ueniẽs est meridianus, & apud eos est siccus & frigidus sicut apud nos uẽtus aquilonaris. Sed uẽtus aqlonaris illis uenit a torrida & maribus calidis & locis paludosis, & ideo est eis calidꝰ & humidus sicut apud nos est uẽtus meridianꝰ. Propter frigus autẽ regionũ illarum sunt animalia frigida in terris illis corpore multũ diminuta uel penitus nulla sicut asini & horum similia. Aues aũt rapaces ꝓpter corporũ suoꝝ cõstrictionem, & spirituũ caliditatem, ferocissime sunt in regiõĩbus habitabilibus iuxta polũ, & aĩalia quæ sunt ibi tendũt ad albedinẽ sicut ursi & lepores et similia. Vegeta-

bilia aũt frigida ibi aliquantulũ cõualescunt sicut auena et ordeum, sed triticũ ibi nequaq̃ cõualescere potest, & si aliquãdo seminat̃, degenerat in granũ alterius naturæ, est tamen in talibus locis distinctio, quia quãto sunt frigidiora in sup̃ficie, tanto magis in se recludũt calidos uapores diu in uentre terræ cõgregatos, & illi frequẽter erumpunt in mõtes altos, ꝓpter quod tradũt philosophi mõtes altos esse in partibus aquilonaribus, ꝑpetuarũ niuiũ & ꝑpetuæ frigiditatis. Est aũt intẽsa illoꝝ locoꝝ frigiditas, & est causa quare maria regionũ illarũ raro sunt nauigabilia, quia tp̃e hyemis cõgelata sunt glacie solidissima, & tp̃e æstatis ex magna parte fluit in eis glacies diuisa, quæ in mari congelata est, uel per flumina fluit in mare, alio aũt tẽpore uẽtus tẽpestuosus facit in eis tẽpestates in tantũ ꝙ propter tempestates nauigari non possũt, sicut dicit Albumasar. Sol eni non cõsumit uapores, sed eleuãdo quasi continue confortat̃ uẽtus, & ꝓcellosum facit mare, & innauigabile Est aũt regio illa scd̃m rationis conscientiã aquosa multũ eo ꝙ ibi continue aer ad aquã resoluatur sicut superius docuimus & in libro Metheoroꝝ cũ subtili cõsideratiõe dicturi sumus.

¶ Capitulũ nonum de longitudine & latitudine locorum habitabilium.

NVnc uidendũ est de parte mũdi quæ continue delectabiliter habitat̃. Sciendũ autẽ ꝙ pars illa non est rotũda sicut quidã eam figurãt, diuidẽtes mũdum in Asiam Affricã, & Europam, sed potius extẽditur habitabilis nostra, a linea meridionali uersus aquilonẽ sicut diximus superius, & latitudo regiõis illius est mẽsura

distátiæ eius a linea equinoctiali ad aquilonē, & quátitas latitudinis eius uocatur in philosophia quantitas arcus q est pars circuli meridionalis terræillius cuius est latitudo accipiēda, scdm quantitatem enim, qua sol quando est in linea meridionali, accedit ad zenith capitū habitantiū in terra aliqua, sic dicit̄ latior & minus lata regio eorꝝ. Mensura aūt ista dicitur latitudo regionū a philosophis, propter hoc quod scdm quantitatē arcus qui est meridionalis circuli pars, sol & cæteri planetæ, qui precipue causant naturas & ꝓprietates locorꝝ mouentur in cœli latitudine sup loca, aut directe & ꝑpendiculariter aut accedēdo uersus ipsa. Longitudo aūt cuiuscūqꝫ loci dicit̄ esse scdm mēsuram ab oriēte uersus occidentē acceptam, & quātus est arcus a zenith capitū uersus occidentē totius habitabilis, tanta dicitur esse lōgitudo loci illius a philosophis, cuius causa est, quia sol & cæteri planetæ in hoc arcu mouētur aut supra loca illa, aut uersus ea scdm cœli longitudinem, quæ est in extēsione sex signorꝝ semp apparentiū sup orizontē, & scdm has mēsuras quidē lōgitudinis & latitudinis non est habitatio nostra, quæ uersus aquilonē est, rotunda, sed potius cōficitur ex quattuor partibus circulorꝝ quarum duæ sunt equales & duæ inequales. Vna aūt est pars circuli, quæ intelligit̄ extēdi a polo in polum per orientem, & pars illius circuli ab ortu solis quādo est in equinoctiali accepta uersus polum aqlonarem p. 50. gradus, mēsurat habitationē, quæ delectabiliter & satis continue habitatur, & remanēt. 40. gradus, quorꝝ oīno inhabitabilis pars est, & pars habitatur cum labore & nō continue. Similiter autē pars circuli mēsurat nostrā habitationē ex parte occidētis & equalis prædictæ, sed semicirculus equi

noctialis qui est in superiori hemisperio mẽsurat eam per 180. gradus ab oriẽte in occidentẽ, quia tanta pars circuli extendit͞r sup̱ medietatẽ superiorẽ terræ, in qua nos habitamus, arcus autem similis illi & nõ equalis mẽsurat eam uersus aq̄lonem ab oriente in occidentẽ, dico aũt similem illum arcũ semicirculo eq̄noctialis, quia & ipse semicirculus intellectualis, q̄ paralellus est eq̄noctiali circulo, distans ab ipso in sphera uersus aq̄lonem per. 50. grad9, inequalis aũt est, q̄a eq̄noctialis circulus est magnus circulus, diuidẽs totam spherã cœli & terræ in duo equalia, & paralell9 de quo dictũ est unus de paruis circulis, q̄ spheram cœli et terræ in duo equalia nõ diuidit, & scd̄m istas mẽsuras, habitatio nostra quæ uersus aq̄lonem est, longitudinẽ habet, plus quã duplam ad ipsius latitudinẽ. Mouet aũt fortasse aliquẽ id q̄ diximus de lõgitudine terrarũ q̄ uidelicet distãtia ab oriẽte mũdi sit lõgitudo ipsius, oĩs enĩ terra suũ habet orizontẽ cũ terra sit rotunda, & sic oĩs terra distat ab oriente suo spacio equali, hoc est per nonaginta gradus, & sic una terra nõ est longior quam alia, sed debet talis hoc scire, q̄ rationibus astrorũ & precipue per eclypses lunares compertũ est nostrã habitationẽ nõ extendi per totũ terræ circulũ, ita q̄ meabilis est habitatio nostra ab oriente in occidentẽ, & per occidentẽ iterum in orientẽ, eo q̄ amphitrite fluat ab aq̄lone per orientis pũctum in parte una, & per occidẽtis punctũ in parte alia in meridie, & uocatur oriẽs & occidẽs mũdi ortus & occasus cõtinuari ad amphitriten, & distantia ab illo uocatur terræ lõgitudo, & multũ uariatur natura locorũ scd̄m distantiam paruã uel magnã longitudinis illius. Videbitur aũt alicui incõueniens dictũ esse quod dixim9 de mẽsuris

locoꝝ, q̄a nos diximus in secũdo libro cœl. & mũ. ꝙ lati/
tudo est a dextra in sinistrã, et lõgitudo a sup̄iori in inferi/
us, & nos diximus ꝙ dextrũ & sinistrũ cœli est oriens &
occidẽs, & superius & inferius sunt poli meridianus & a/
quilonaris, & sic uidetur ꝙ longitudo locoꝝ sit a meridie
in aquilonẽ accipiẽda, & latitudo eoꝝ sit ab oriente in oc/
cidentẽ, per contrariũ eius, quod diximus hic. Sed aduer
tendũ est, aliter esse in cœlo & aliter in terra, minor enim
dimensio uariat naturã terrene inhabitatiõis ab aquilone
in meridiẽ accepta, quã ab oriente in occidentem, Radius
eni planetarũ qui naturas dat locis, angulũ & umbrã mu
tat, ad paruã quantitatẽ declinationis suæ ad aquilonem,
ita ꝙ cum sit in eq̄noctiali pũcto, equat dies & noctes, de/
clinans ab eo uersus aq̄lonem per. 16. gradus facit diẽ lõ/
giorem quã sit dies equinoctii per unã horã in terra, quæ
scd̄m latitudinẽ. 16. graduũ distat ab eq̄noctiali circulo,
& in terra cuius latitudo est. 24. graduũ facit diem longi/
orem quã sit dies equinoctii per unam horã & dimidiã in
terra, quæ scd̄m latitudinẽ. 24. graduũ distat ab eq̄noctia
li, et hoc est clima secundũ. Et in terra quæ ab eq̄noctiali
distat per. 30. gradus, erit dies longior p̄ duas horas & cõ
stituitur tertiũ clima, & si distat per. 36. gradus erit dies
longior per duas horas et dimidiã, et fit quartũ clima, et
si distat p. 41. gradus, & dimidiũ, uincet dies lõgior noctes
per tres horas, & uocatur quintũ clima, & si distat p. 45.
gradus et tertiã partẽ gradus, uincet longior dies noctem
per tres horas integras & dimidiã, et uocatur locus sexti
climatis, & si distat per. 48. gradus, uincet longior dies diẽ
eq̄noctii per quattuor horas ĩtegras, et erit clima septimũ
& post istam latitudinẽ nõ est aliq̄s locus satis tẽperatus

ad terræ nascẽtia in nostra habitabili. Secundũ totũ autẽ semicirculũ q est ab oriente in occidentẽ est una uis radiis corporũ cœlestiũ, in locis eq̄liter ab eqnoctiali circulo distantibus, & una mẽsura dierum & noctiũ, et cum maior dimẽsio una uocetur lõgitudo, & minor uocet̃ latitudo, erit latitudo locoꝝ habitabiliũ scđm distantiã ab eqnocti ali in aq̄lonem accepta, et lõgitudo scđm dimensionẽ acceptam ab oriente in occidentẽ, & illius causa est quoniã in cœlo est motus localis quẽ oportet esse scđm latitudinem in oĩbus quæ ex se mouẽtur, iste aũt motus nõ est in terra, & ideo in ea minor dimẽsio est dimẽsio quæ uocatur minor area, uocatur aũt latitudo illa areæ, & maior dimensio uocatur lõgitudo areæ, & sic cõgrua sunt nomĩa superius dimensionibus terræ imposita.

¶ Cap. decimũ. De diuersa habitatoꝝ habitatiõe in nr̃a habitabili, & de diuersitate naturæ locoꝝ.

e St aũt sciendũ in istis terræ dimẽsionibꝰ, ꝙ quidã a philosophis uocãtur simul habitantes, & quidã circulariter dicũtur habitãtes. Quidam aũt scđm alternationẽ, quidã oppositæ. Dicũtur aũt simul habitãtes, quoꝝ habitatio scđm sensum longitudinis et latitudinis una est, licet scđm rationẽ sit diuersa, ut aũt meliꝰ hoc sciatur, sciendũ ꝙ orizon est circulus cuius centrũ est centrum habitationis cuiuslibet, & cuius circũferentia tangit undiq; cõcauum hemisperii per circuitũ a polo in polũ, per pũcta duo oriẽtis & occidẽtis diffusa, & hic quidem orizon duplex est, Vnus quidẽ scđm rationẽ acceptus, & alter scđm sensum & scđm rationẽ, quodlibet enim terræ

punctũ suũ habet orizontẽ, cuius circũferentia cœlum in prædictis pũctis attingit, & ideo cuiuslibet pũcti habitationis nostræ, superius diximus esse diuersam naturã, & hic quidẽ circulus licet scdm esse mobilis sit & moueatur scdm motũ eius cuius est orizon, tamẽ scdm situm est inmobilis, sicut & ipsa pũcta oriẽtis & occidentis, quæ situ manẽt, & scdm esse uariãtur, & de hoc orizonte nõ intẽdimus hic plus dicere quã hoc ꝙ dictũ est, qa sufficiẽtior cõsideratio ipsius ptinet ad Astronomiã, orizon aũt sensibilis est qui finit uisum, hoc est post quẽ sensibiliter est alius pũctus oriẽtis, & alius occidẽtis, & alius aquilonis, & alius meridiei, & illius quidẽ diameter ad plus est duum miliũ stadioꝝ scdm Ptholomeũ. Secundũ aũt uerissimã ipsius deprehensionẽ, tũc cõmuniter deprehẽditur uariari, quãdo semidiameter eius est quadringẽtoꝝ uel ad plus qngentoꝝ stadioꝝ, & ideo quæcũqꝫ ciuitas uel locus elõgatur ab alio quingẽtis stadiis sensibiliter habet aliũ ortũ uel alium occasum stellaꝝ, scdm tẽpus sensibile, & quicũqꝫ locus ab alio remouet scdm latitudinẽ quingẽtoꝝ stadiorum, sensibiliter frigidior uel calidior est quã alius; & sic sensibilis est distinctio proprietatũ latitudinis et lõgitudinis locoꝝ, nisi sit impedimentũ per accidẽs aliqd loci, ex maribus uel mõtibus de quo accidẽte inferius tractabimus. In oĩbus aũt his locis simul habitare scdm sensum dicuntur, quoꝝ scdm sensum una loci est in calido et frigido et humido et sicco ꝓprietas, ex eadẽ latitudine loci sensibili, & quibus sensibiliter est unus ortus solis et occasus. Circulariter aũt habitãt quoꝝ quidẽ latitudo cum sit una lõgitudo nõ una et eadẽ est. Isti enĩ sub uno paralello circulo habitãt, qui equalis est in circuitu latitudinis ab equinoctiali

noctiali

noctiali circulo, & ille quidē locus equaliter calidus & fri/
gidus est & humidus & siccus & dies eorꝝ sunt equales et
noctes, sed eorꝝ ortus & occasus nō sunt in uno tēpore sen
sibili, nec eorꝝ uenti sunt equales, quia quorꝝ differūt oriēs
& occidēs horū necesse est differre uentos ad minus oriē/
tales et occidētales, Coalternate aūt habitare dicunť, quo/
rum una quidē est lōgitudo, sed nō latitudo ipsorꝝ est una
& eadē, & illi sunt qui sub eadē linea habitāt meridionali,
quibus est in uno & eodē tēpore sensibili meridies, quādo
sol accedit ad cenith capitū eorꝝ in motu diurno, sed tamē
nō habitāt sub eodem pararello circulo/qui distet equali
latitudine per circuitū habitatiōis ab eqnoctiali circulo,
& horum quidē unus est ortus et occasus solis in die uno
quādo sol oritur & occidit in eodem gradu, sed nō est eis
equalis dies nec est eis equale frigus nec calor nec siccitas
nec humiditas, eo ꝙ nō equaliter dilatātur ab eqnoctiali
circulo, Oppositæ aūt habitant, quorꝝ unus est paralell9
scd̄m latitudinē eandē, sed nō est eis lōgitudo una, sed po/
tius distat scd̄m magnā longitudinē, quæ est scd̄m circu/
lum, hoc aūt est quādo elongātur per se per totū semicir/
culum, tunc enī distāt scd̄m longitudinē totā diametri, &
uertunt pedes cōtra se inuicē, ita ꝙ diameter intellectualis
paralelli circuli per cenith capitū & per pedes & per cē/
trum semicirculi trāsit, & isti uocātur antipodes uel anti/
geni, & sunt in nostra habitabili sic habitātes oēs qui sunt
in uno & eodē climate elōgati a se inuicem per totā lon/
gitudinē oriētis ab occidēte nostræ habitabilis, est autem
habitatio taliū equaliter quidē calida & frigida & humi/
da & sicca per unā & eandē latitudinē quā habēt, non ta/
men in una hora habēt orientem & occidentē, sed potius

differt ad minus per sex horas ortus istorum ab ortu illorum et similiter occasus. Cum enĩ nonaginta gradus sint a centro orizontis uniuscuiusq; ad ortũ, oportet ꝙ eorum quorum orizontis centrũ est in occidente ortus sit ubi est meridies eorum qui sunt in oriente, quia medietas est centum octuaginta graduum, qui sunt semicirculus, qui est ab oriẽte in occidentẽ, ergo nonaginta gradus sunt a circulo meridiei orientaliũ usq; ad occasum mundi.

¶ Capitulũ undecimũ de diuersitate tẽperamenti climatum & diuersitate scd̃m intemperantiã.

De natura aũt horũ. 7. climatũ hic intelligendũ est ꝙ duplex est in eis temperamentũ, & duplex excessus, est enĩ excessus in calidissimo & frigidissimo, & sic calidissimũ est sub torrida, & frigidissima habitatio est post septimũ clima, & quantũ ad hoc per equidistantiã temperamentũ est in climate quarto, & hãc puto ego esse temperantiã simpliciter mũdi, & nõ quo ad cõplexionem alicuius animalis in singulari, & ideo bene potest esse ꝙ clima quartũ temperamentũ sit simpliciter, & nõ sit temperatũ complexioni asini uel bouis uel alterius animalis magis calidi uel frigidi, quam sit frigus uel calor climatis quarti, est aũt tẽperatura alia inter duo calidissima, sicut superius diximus, quorum calidissimorum unum est sub tropico æstiuo, & alterũ sub tropico hiemali, & tunc tẽperatura erit sub eqnoctiali equaliter ab utroq; distãte et hanc quidã temperaturã Auicẽna & quidẽ alii uocant simpliciter temperaturã, & dicũt ꝙ nullus in mũdo locus adeo tẽperatus sit, sicut locus qui est sub eqnoctiali, ꝙ tũ

ita ego esse nõ sentio, eo ꝙ tẽperatura illa nõ est intra con traria, sed potius inter duos excessus eiusdẽ qualitatis, & ideo locus medius, sicut etiã superius diximus, nõ est temperatus scd̃m calidũ & frigidũ, sed potius remissior in calido quã alia duo loca, locus aũt medius inter frigidissimũ & calidissimũ est tẽperatus scd̃m frigidũ & calidũ & ideo est tẽperatus et delectabilis. Est aũt dubitatio de his quæ dicta sunt, utrũ uidelicet locus quarti climatis uere sit tẽperatior ĩter loca habitabilia, quoniã excedẽs ĩ frigidissimo nõ est clima septimum sed potius locus inhabitabilis sub polo aquilonari. Similiter aũt excedẽs in calidissimo nõ est locus sub equinoctiali, & citra parum in latitudine primi climatis, sed potius sub tropico quæ latitudo est secundi climatis, mediũ ergo per equidistantiã acceptã inter frigidissimũ, quod est latitudinis nonaginta graduum uel parum minus, & inter calidissimũ qd̃ est. z4. graduũ, uidet̃ esse ꝙ est latitudinis amplius q̃. 40. graduũ, & hoc est sextũ & septimũ clima. Illa ergo uidẽtur magis tẽperata quã quartũ clima, cuius indiciũ uidet̃ ꝙ homines illoꝝ climatũ pulcherrimi sunt in corpore, procere stature, & uenusti coloris, cũ hoĩes quarti climatis sint parui, & fusti coloris, ubi enĩ cõplexio hoĩs maxime cõualescit illud uidere magis cõgruere homini ad habitandũ, cõualescit aũt maxime ubi generalius pulchriores & fortiores & procerioris stature sunt hoĩes, & hoc est in septimo & in sexto climate sicut apparet, locus enĩ qui magis cõuenit cõplexioni hoĩs, uidetur esse tẽperatior simpliciter, cum homo sit magis equalis, & tẽperatæ cõplexionis, inter oĩa quæ generãtur ex cõtrariis, eo ꝙ sua cõplexio magis inter oẽs accedit ad mediũ, & recedit ab excellẽtia cõtrariorum, ad

hoc uidet esse quarti climatis calor maximus in æstate & diminutio pluuiarũ. Si eni esset temperatũ simpliciter, ut inquiũt philosophi tantus deberet in eo esse excessus frigoris in hyeme, quant9 est excessus caloris in eo i æstate, & oppositũ huiusmodi experimur ad sensum, quia excedit in ipso calor æstatis, & nõ excedit in ipso frig9 hyemis & scdm has ratiões tẽperatũ in medio uidetur esse clima sextũ, in quo nec sentit excessus caloris in æstate, neq; frigoris in hyeme, ad hæc aũt oia dici cõuenit, quod in ueritate tẽperatum magis est actu calidũ quã frigidũ, eo q frigus est qualitas mortificatiua, & sensus eius scdm excessum est destruẽs motũ generatiõis & uitæ, & ideo tẽperamentũ nõ accipit inter extrema, quoꝝ unũ sit frigiditatis mortificãtis, & alterũ caliditatis adurẽtis, sed potius frigus cõplexionale tarde mouẽs est in parte una, & calidum cõplexionale minus exsiccans, est in parte altera, & quo ad hoc a philosophis est determinatũ, q quartũ clima est tẽperatissimũ, pceritas aũt humanoꝝ corpoꝝ, & uenustus color & pulchritudo sunt causata ab hũore frigido nõ habẽte calorem qui sufficiẽter moueat nec habet humidũ, quod sufficiẽter sit mobile, sed potius humores taliũ sunt spissi, quasi cõgelati, nec cõsumitur in eis aliqd, & ideo sunt magni ex aliqua malicia frigidæ cõplexionis, sicut nos in sequẽti distinctiõe ostẽdemus, bene eni cõsentimus dicẽtibus q corpus hois magis est inter corpa cõposita tẽperatũ, sed ut putamus hoc tẽperatũ, si bene & subtiliter cõsideramus, in climate q̃rto est. Non aũt impedit hoc q obiciũt de calore excellẽte in æstate, cum frigus nõ excedat in hyeme, qa ostẽdimus iam actũ caloris sensibilis esse actum uitæ & motus, sine quo nihil cõmisceri

neq̧ uiuere poteſt, & ideo ubi eſt intēperamentū frigoris nō eſt clima temperatū, ſicut nec id qđ eq̄liter habet frigiditatis & caloris, ſed potius id qđ habet plus caloris quā frigoris, & nō excedit in calore, his habitis, adhuc aduertendū eſt, differentē eſſe naturā illoꝝ climatū, ī cuiuſlibet medio & extremis. Eſt aūt huius differentia diuerſimode accipiēda in diuerſis, quoniā primi climatis extrema regio quæ eq̄noctiali ſubdit̄, tēperatior eſt, quā media regio ipſius, & media ipſius regio tpatior eſt, quam extrema quæ ſcđm attingit clima. Secūdi aūt climatis prima linea quæ continua eſt primo climati tpatior eſt quā media: & media tpatior eſt quā extrema, quæ tertio climati cōtinuat̄. In oībus aūt aliis climatib9 extremitates meridionales calidiores ſunt, et extremitates aq̄lonares ſūt frigidiores, mediū aūt in quolibet eoꝝ habet qđdā ſm naturā loci illius tpamentū. Eſtq̧ mediū in ipſis acceptū ſicut ī uirtute morali, ꝙ enī in minoribus uni eſt parū, alteri eſt multū, & ꝙ uni eſt medium, alteri eſt extremū, & ſimiliter eſt in locis ſcđm climata diſtinctis, ꝙ enī uni ē extremæ frigidū alteri eſt extreme calidū, & ꝙ uni eſt mediū, alteri eſt frigidū uel forte plus q̄ frigidū, ſcđm diuerſas cōpoſitiones climatū ad inuicē, ꝓpter ꝙ generata ſcđm bonā habitudinē exiſtētia in climate uno, corrūpuntur in alio. Eſt aūt adhuc alia diuerſitas & alia cauſa diuerſitatis naturæ climatū. Cū enī terra ſit figuræ rotūdæ ſicut in cœlo & mū: habitum eſt, ſtellæ quæ radios ſuos proiciūt ſup unū nō proiciunt eos ſup alterum, cum ſtellæ aq̄lonares irradiāt ſuper climata ultima & nō ſup prima. Stellæ uero meridianæ radiāt ſuper prima et nō ſup ultima, & cū ſtellaꝝ illarum lumina, ſint diuerſaꝝ naturaꝝ, ſicut in lib. cœli & mū. eſt oſtēſum,

oportet q climata irradiata ab ipsis, diuersarum efficiantur naturarum. Est aūt oīno eodē modo distinguibilis latitudo regionū meridionaliū, præter hoc solū, q clima primū & secundū illius regiōis, sunt calidiora q̄ nostra, ppter breuitatem diametri solis cōuersam ad signa meridionalia, sicut diximus superius, & hæc quidē de distinctiōe medietatis terræ in nostro hemisperio sufficiēter quantū ad presentē spectat intentionē dicta sunt, de diuersitate eni temporū in hyeme & æstate, et diuersitate umbrarum, quæ proiciunt ab horostopis ipsarū Astrononiæ ppriū est determinare.

¶ Capitulū duodecimū. De natura & dispositione inferioris hæmispærii terræ.

r Estat aūt nūc inquirendū esse, de medietate terræ, quæ est in īferiori hæmispærio, de qua diuersa & pene cōtraria a philosophis scribunt, cōmuniter eni scribūt et dicūt nullū nostræ habitatiōis ad illū locum unquā puenisse, qa oēs illi qui scripserūt de obseruationibus locorum & astrorum īueniūtur in supiori hæmispærio posuisse suas obseruatiōes, & hoc precipue cognoscit in scriptura quā scribūt de eclipsibus lunæ. Eclipsis eni lunæ in omni terra est uno mō, & in uno eodēq; tpe, & cū habitātes per longitudinē climatū philosophi tēpus eclipsiū notauerūt, nō inuenimus unq̄ distantiā unius philosophi ab alio, nisi per duodecim horas equales, & cū in q̄libet hora ascendāt qndecim gradus eqnoctialis equales, cōstat q in duodecim horis .180. grad9 ascendāt, & hoc est medietas circuli, cui tantū medietas terræ subtenditur, & tūc unus philosophorum obseruantiū in una regione eclipsim aliquā

lunæ, non potuit distare ab alio, nisi p medietatē terræ, si/
cut si esset eclipsis habitāti in oriēte in prima hora noctis,
eadē erit habitāti in occidēte in.12.hora ab illa, & ex hoc
deprehēderunt quidā philosophi in sūpiori hæmispærio
tantū habitare homīes, qbus tota fere multitudo Mathe/
maticoꝝ cōsentit dicēs, ibi oīno nullos habitare, quia con
stat ꝙ maior est sphæra aquæ quā terræ, oportet ergo ꝙ
in aliquo spacio aquā terrā operire ponamus, sicut uide/
mus ꝙ aer operit aquā et terrā, cū aūt nō operiat eam in
nostro hæmispærio, uidet̄ eis cōcedendū esse ꝙ operit eā
in inferiori, cuiꝰ tres uidētur mihi esse ratiōes, quæ ab eis/
dem philosophis colligi possūt, quaꝝ una sumit̄ a motu
orbis, cōstat eni ꝙ sup īferius hæmisperiū stelle scđm mo
tū diurnū ab occidēte oriūtur, Viderūt ergo sup illos ma
re a sinistro cœli sicut patet ex hiis quæ i secūdo libro cœli
& mūdi determīata sunt. Signa aūt secundū quæ mouē/
tur planetæ eis, contra ordinē naturalē disponūtur, qa eis
piscis est post arietē & post piscē aquariꝰ & post aquariū
capricornꝰ, & sic de aliis, & cū naturalis motus planetaꝝ
sit scđm ordinē signoꝝ ab occidēte ad oriēs, uidebitur nō
esse ordinatus motus cœli ad esse & generationē sup illos
ꝓpter ꝙ dicit Pythagoras īferius hæmispæriū esse locū
penaꝝ & tartari, uocās dispositionē orbis sup īferius hæ/
mispæriū orbē tristē sub quē deprimūt hoīes peccata sua
& cōtinere eos q ibi sunt sub aquis infinitis. Aliā aūt rati/
onē inducūt quæ prius dicta est, quoniā dicūt aquā plus
quā in quadrupla ꝓportiōe esse maiorē q̄ sit terra, et ideo
nō posse cōtineri sub terræ extremis, sed oportet ꝙ terrā
plus medietate cooperiat, quæ quidē totā operire debe/
ret, si motus solis & aliaꝝ stellaꝝ eā in parte nō exiccaret,

Tertiā aūt rationē adducūt Hesiodi, ꝙ locus ille esset inutilis cū nullus nunq̄ ibi habitauerit, ab uno eni homine, ut inquiūt, hoies multiplicati sunt, & hunc aūt in illo hemisperio aut in isto creatū fuisse, & ꝙ quidē hic creatus sit experimentū probat, & ideo nullos ab ipso generatos illuc descēdisse dicūt, Hesiodus etiā dicit, terrā inferi⁹ esse latæ figuræ, ut abilis sit ad natandū sup aquas qa latū nō facile mergit. Cōcordare aūt cum ipso uidetur Homerus sicut narrat Phantes in libro de natura locoꝝ habitabiliū Sūt aūt alii philosophi, qb⁹ ista sentētia nō placuit, sicut Albumazar & sui sequaces, dicentes terrā illā habitabilē esse sicut & istā in qua nos habitamus. Cū eni solis radii & stellarū oēs angulos suos describāt sup eam, oportet ꝙ exsiccent in ea humidū in locis sup quæ sunt anguli acuti radioꝝ, & in locis sup quæ ꝑpendiculariter radii incidūt, & humidū generet in locis aliis quæ longioris latitudinis sunt a uia solis, ex talibus aūt effectibus locus fit habitabilis, apparet ergo, ut inquiūt, ꝙ locus iferioris hemisperii habitabilis sit, sicut & iste, nec obstat ꝙ stellæ oriunt eis a sinistro, quia sinistrū istud cœli nō est acceptū in cœlo secūdum esse, sed scd̄m sitū, sinistrū eni in cœlo ꝙ scd̄m esse accipitur unū est, & aliud in oriēte nostro scd̄m situm, sicut in libro cœli & mūdi est determiatum. Sed sinistrū scd̄m situm hic est quo ad nos sinistrū tantum, & hoc nihil ꝓhibet quo ad alios esse dextꝝ, & ideo racio Pythagoræ nulla est omino, & ꝙ dicitur de ordine signorū satis eliditur per hoc ꝙ in nostro hæmispærio scd̄m duos motus cæli, duo sunt ordines signoꝝ, ab occidēte eni in oriens disponuntur ordine naturali, scd̄m motū planetaꝝ, Sed ab oriente in occidēs scd̄um motum primi mobilis dispositione

præpostera

præpostera disponũtur, & sic est in hæmisperio inferiori quia ab illius hæmisperii oriẽte in occidẽs eiusdẽ præpostere disponũtur, Sed ab occidẽte suo in suũ oriẽs, habẽt dispositionẽ naturalẽ, & ꝙ aqua dicitur occupare maiꝰ spaciũ quã terra, ut elementũ ꝙ minus habet de materia quã terra, & quod minus spissũ est dictũ est, non ꝙ ita sit in effectu, sed ꝙ ita est ꝓportiõe aquæ ad terrã. Si eni tantũ materiæ aquæ, quantum est in aliquota parte terræ, spacio cõparetur, erit aqua in maiori spacio quã sit terra. ꝙ aũt aqua maior sit quã terra in effectu certũ est, quia multa sũt aquã diminuẽtia, & cũ ipsa sit elementũ facilis conuersionis ad aliud elementũ, facile minuitur & facile augetur, & ideo multoties fit diluuiũ per aquã plus quã per aliquid aliud elementũ. Si ergo fiat ꝓportio aquæ ad terrã, ex uno pugillo terræ fiunt forte quattuor uel plures pugilli aquæ, & quo ad hanc ꝓportionẽ dictũ est aquã esse in maiori spacio quam sit terra. Si enĩ in effectu sic esset, non posset aqua limitari littoribus terræ. sed undaret sup terrã totã. Sunt tamẽ aliqui qui contendũt aquã esse maiorẽ multa ꝓportiõe quam sit terra, sed illi fundãt intentionẽ suã supra ꝓportionẽ spissitudinis terræ ad spissitudinẽ aquæ, & ex tali ꝓportiõe cum nota est eis quantitas terræ, æstimant de quantitate aquæ. Quod aũt ad nos nemo peruenit de habitatoribꝰ inferioris hæmisphærii, nõ est ex hoc, ut inquiunt, ꝙ ibi nullꝰ habitet, sed potius quãtitas maris oceani interiacentis undiqꝫ circa terrã percircuitũ, & ꝓpter nimiã distantiã locoꝝ suorũ trãsnauigari nõ potest. Si aũt in aliqua parte nauigatũ est hoc est sub torrida, quia ibi secundum naturã littora eius sunt magis stricta, nec sunt audiẽdi qui fingũt ibi hoĩes habitare non posse, eo ꝙ caderẽt a terra si ibi habitarẽt, dicendo enĩ cadere eos qui

pedes conuertũt ad nos, uulgaris imperícia est, cũ inferi⁹ mũdi nõ sit acceptũ quo ad nos sed simpliciter, ita ꝙ inferi⁹ simpliciter est & uocatur ubiq; uersus centꝝ terræ. Si ergo dictis uiris q absq; dubio ꝓbati ualde sunt ĩ philosophia cõsentiam⁹, tũc dicemus inferi⁹ hæmisperiũ omino diuidi sicut superius diuisum est, & habere regiones inhabitabiles ꝑpter frigus, & ĩhabitabiles ꝑpter calorẽ, & regionẽ habitabilẽ distingui ꝑ clymata sicut & regio nostra distincta est, & hoc qdem est ueꝝ scdm cõsequentiã naturalis dispositionis. Hæc ergo de natura locorũ scdm naturalem terræ diuisionẽ dicta sint.

¶ Capitulũ tredecimũ de diuersitate naturæ locoꝝ ex accidente montium, marium, & siluarum.

d Isferunt aũt ꝓprietates locoꝝ ꝑ accidentia mariũ & stagnorũ & aliarũ aquaꝝ, & per accidẽtia siluarum & montiũ. Mare enĩ in genere suo est calidũ ꝑpter terrestre combustũ ei immixtũ & ꝑpter multã radioꝝ diuaricationẽ super ipsum, & ideo necesse est ꝙ loca uicina ei, aut sint calida & sicca, aut sint calida & humida superfluo humore, aut sint frigida et humida humore superfluo. Loca enim meridionalia sita super maria quasi adurũtur ex reflexione radioꝝ solis & multiplicatione luminis ad littus, & ideo illa loca harenosa & sicca & calida fiunt, & mare diuisum suꝑ loca illa etiã ad torrorẽ solis cõuertitur in sales, & sterilia facit loca illa ex calido adurẽte & sicco adusto, & si uina nascũtur in locis illis, calidissima sunt & siccissia, ita ꝙ intollerabilẽ æstũ excitãt bibentib⁹ ea, sicut uina quæ nascũtur in insula quæ uocatur Cyprus & in aliis locis similibus illis. loca aũt quæ sũt remotiora

a meridie & accedunt ad climata superiora & tempatiora sita supra mare aliud, efficiũtur calida & humida, supfluo humore & corrũpente, locus enĩ talis plus habet humidi q̃ calor consumere possit, & ideo calor multiplicat ipsum & corrũpit, & ideo talia loca frequenter sunt uaporosa & pestifera habitantib⁹ in ea, & in illis locis fiunt multa tonitrua & coruscatiões, & corrũpunt & inficiũt multũ, ita ꝙ inducũt graue morte in hoies & in anialia alia, qa aer humid⁹ corrũpitur & efficitur uenenosus, & penetrat idigestus ad iteriora uitaliũ, et perimit subito. Talia aũt loca etiã paludosa sunt frequẽter ex humore diffuso interrã et corrumpẽte habitationẽ. Quãdocunqꝫ enĩ calidũ nõ est nisi corrũpens humidũ & non uincẽs ipsum, inducit pestiferas corruptiões, & ideo talia loca fugienda sunt, qa etiã ea quæ cultura nascũtur in talibus locis frequẽter ex humore infuso corrũpuntur, qa sicut diximus superius, loc⁹ & locatũ connaturalitatẽ multã habent, in septẽtriõe aũt sunt frigida & humida & uapores resoluti sunt frigidi & grossi multum infrigidãtes loca illa, et aer grossus est ex uapore grosso sibi imixto, & ideo ibi licet loca illa frigida sint per naturã, tamẽ æstates illoꝝ locoꝝ nõ multũ calefiunt, et hyemes eoꝝ nõ multũ infrigidantur, & hoc ideo cõtingit qa aer spissus multũ, non est de facili susceptibilis caliditatis uel frigiditatis, & talia loca licet nõ sint pestifera, tamẽ non sunt sana. Vicinitas aũt multoꝝ montiũ diuersas dat ꝓprietates locis ex situ montiũ & altitudine ipsoꝝ. Si enĩ sunt humiles mõtes nõ multũ uariãt naturas locoꝝ, & si sunt alti ualde tũc sunt niuosi frequẽter, & tũc aut sunt siti uersus aquilonẽ claudẽtes locum, aut uersus meridiẽ, aut uersus orientẽ, aut uersus occidentẽ. Et si qdẽ

ſunt ſiti uerſus aquilonē, tūc locus erit calidus per naturā, qa reflexio radii quæ ad mōtes eſt, calefacit locū uehemē-ter, & ideo in talibus mōtibus uina fortia generātur in la-tere meridiano niſi fuerint multū alti, quia tunc habebūt niues ꝑpetuas ex qbus aut tēperāt aut infrigidāt locū. Si aūt mōtes ſunt ad meridiē, & locus uerſus aquilonē dete-ctus, & ſunt multi & alti, locus erit frigidus uehementer, tam ex niuibus montiū, quā ideo qa detectus eſt locus uē-to aqlonari, & tectus & occultatus eſt a meridionali uē-to, & qa uētus aqlonaris diſſipat nubes, erit locus ille fri-gidus et ſiccus et ſanus ad habitandum, niſi ex aliquo alio accidēte ꝓhibeatur. Si uero mōtes ſunt ex parte orientis, et loc9 uerſus occidentē patul9 eſſet, erit loc9 quo ad iſtud accidēs frigidus & humidus, & habēs groſſā humiditatē & impurā, frigiduſq; erit/quia tectus eſt ab oriente & ex uicinitate montiū, groſſā autē habet humiditatē ideo, qa patulus eſt uento occidētali frigido & humido, & erit lo-cus nō bonus ad habitandū. Si uero fuerint mōtes ad occi dentē, & locus habitatiōis ad orientē aptus tūc eſſet loc9 detectus uēto oriētali, & ꝓtectus ab occidētali, et quo ad hoc erit calidus & ſiccus ſerenū habēs aerē ut plurimū et multū ſanus, locus aūt qui eſt iuxta mōtes niuoſos & fri-gidos intēperat9 eſt, ꝓpter uicinū frigus, qa ex niue in eo frigus eſt, & iterū qa uētus aqlonaris gelatiuus precipue flat ex reſolutiōe niuiū, infrigidatur ibi locus ꝓpter nimiā niuiū reſolutionē, locus aūt ꝓfundus inter montes cōclu-ſus uel alia de cauſa profundus ſicut ſunt foueæ magnæ multæ et ꝓfundæ, malus eſt, qa ſemꝑ eſt uapore terreſtri plenus, per quē inficit et infrigidat corpa, et aer ſuus eo ꝙ nō eſt purus, ſed ſemꝑ turbidus et ſpiſſus, nō de facili reci-

pit immutationē frigoris et caloris, nec euētatur nec mo/ueri potest ex duabus causis, quarum una est, qa locus totus est quasi fouea, in cuius profundus uētus nō potest intrare, sed flat in superioribus eius. Alia causa est, qa aer eius est ita spissus & turbidus q a paruo moueri nō posset etiā si attingeret eum. Ecōuerso aūt est de loco alto nō ex mōti/bus sed ex cōmuni terræ eleuatione, hic eni optimus est precipue humanæ uitæ ad habitandū, eo q est frigidus nō excellēter, sed habet frigiditatē in actu magis quā cali/ditatē, & ideo aer eius est purus frequēter, qa frigus repri mit uapores & caligines, quæ inpurū faciūt aerē, & non habet impuritatē et nebulas nisi forte post niuiū resoluti/onem, & tūc nō multū, Et qa aerē purū habet ualde, ideo in æstate cito calescit, & habet æstatē calidū et in hyeme cito infrigidat, hic eni est aer optimus qui cito recipit tpis qualitatē, & in tali loco elemēta mutant scdm tpa, & ideo est in eo sanitas & lōga uita, licet forte uina regionis talis nō sint multa neq multū fortia, locus aūt planus & loc9 detectus undiq, nō habet proprietatē naturæ, nisi eam quā diximus ex latitudiue & lōgitudine eius causari, locus etiā habet accidentia multa ex stagnis uicinis & aliis aquis & paludibus & lutis quæ sunt in eo, ex uicinitate eni taliū in ficitur talis locus, & fit humidus grossa humiditate, & pe stilētia fit aliquādo in loco ex corruptiōe luti & paludū, & fundus talis frequēter est corruptus, quādo nō est lapi/dosus, nec purgat aquis magnis influentibus ipsum, & de hoc erit sermo in libro Metheororum, terra aūt sita in me/dio magnarum siluarū uel iuxta siluas, quantū ad hoc acci/dens semp habet aerē suffocatū & spissum, & multas ha/bet nebulas & turbines, qa fundus siluarū est uaporosus,

& uapor ille sub ramis arboꝝ est conclusus & inspissatus & ideo sapiētes antiqui curauerūt loca sua per nemoꝝ & arboꝝ succisionē, nocēt aūt precipue in arboribus nux & quercus & cæteræ arbores quæ uel amaritudine sua infici unt acrē, uel ꝓceritate sua cōcludūt eū & euētari & purificari nō permittūt, Hæc ergo de distinctiōe naturaꝝ loci sufficiāt qa de locis particularibus ꝓlixus est sermo, & ex his uniuersalibus habēt cognosci quæ dicta sunt.

DISTINCTIO SECVNDA LIDRI DE NATURA locorum ex lōgitudine & latitudine proueniēte Incipit, in qua tractatur de natura generatorum causata a locis in quibus generantur.

¶ Cap. primum ꝙ elementa diuersitates faciunt in elementatis secundum diuersa loca.

SVper est aūt ex hiis quæ dicta sunt cognoscere & determinare naturas eorū, quæ in locis dictis habēt generari, & de his intētio nostra est in hac secūda huius libri distinctione facere tractatū. Primū aūt loquemur de cōmixtione coꝝ quoꝝ natura diuersificat̄ ex lōgitudine loci uel latitudine simplicibus, dicamus ergo ꝙ elemēta q̄ttuor ex locis superius dictis q̄litatibus uariata, diuersas faciunt habere locata in ipsis cōmixtiones & naturas. Terra enī cōmixtione sua cū elemētis aliis, generatis dat retentionē & fixionis permanentiā & figuraꝝ cōseruationē, & ideo q̄litatibus diuersificata, diuersitatē horū effectuū facit ingeneratis. Similiter aūt et aqua, quæ sui humiditate in termina-

bilis est, in se cōtinuat terræ siccū undiq; influens partibus eius, & facit ipsam terrā ꝓductibilē in lineas & facit recipere figuras, & coherere sibi partes angulorꝫ, qui sunt in generatis oībus, & ideo cōueniens est ꝙ si aqua in suis ꝓprietatibus uariatur ex loco, ꝙ etiam ipsa generata ex ipsa multā in loco recipiant diuersitatē, & hæc quidē duo elemēta etiā in suo pōdere diuersitatē capiūt ex loco, propter qđ licet in oībus sint grauia, tamē in quibusdā generatis grauiora efficiūtur quā in aliis. Aer aūt eodē modo qui sui cōmixtione cū aliis facit spūalitatē in generatis, et natura spiritus & motu suo ducit sursum aquā & terram sibi cōmixtā, & uehit uirtutes generatorꝫ, et ideo necesse est ꝙ opetur naturæ ingeneratis uarietatē, quoniā ipsum potissime cōstat ex loco innumerabiles recipere ꝓprietates & naturas. Ignis uero licet nullā ex loco sensibilē recipiat uarietatē, tamē quādo incorpatur, scđm ea qbus incorporatur: diuersimode operat̄. Et quidē in oibus commixtis, ignis facit calorē terminantē ad formā & penetrationē nutrimēti in eis quæ nutriūtur, et in animalibus sua pforatione facit perforationē ad uias spirituū, et uirtutū, et motu suo extēdit & protēdit in superius corpa, et multa huius similia operat̄ scđm ꝙ necesse est uariari effectus eius in his quæ differēter rara et spissa sunt, & differenter calida & frigida, et quæ differenter sunt humida et sicca. Cū aūt huius naturæ rerū nō ex cōponentibꝰ primo sed potius ex locis causent̄, oportet hic itentionē fieri de ipsis eo ꝙ hic de naturis locorꝫ et locatorꝫ, scđm ꝙ locata sunt in ipsis, suscepimus facere tractatū. Cū autē oia quæcūq; mixta sunt in se excellētias cōtrariorum fractas habeāt et sint reducta ad unū actū & complementū medii, oportet

intelligere q̄ mediū id nō est scd̄m numerū et quantitatē et pondus elementoꝝ, quæ in ipso miscētur, q̄a si ita esset nō haberet mixtū illud locū aliquē in tota latitudine et lō gitudine locoꝝ, eo q̄ nullū elementoꝝ uinceret in ipso, et oporteret ipsum esse simul eleuatū et depressū q̄ nullatenus potest esse scd̄m naturam, oportet ergo mixturā fieri scd̄m proportionē et exigentiā speciei, quæ cōstituitur ꝑ mixturā, ita q̄ in oībus mixtis habūdet terra et aq̄, quoniā si ignis et aer habūdarent, ita q̄ mixtū haberet locum ignis uel aeris, oporteret ipsum esse adeo rarū, q̄ figuras ꝓprias non cōtineret, et q̄ ipsum esset penetrabile ualde, et tūc terra et aqua exciderēt ab ipso et dissoluerētur a mi xtura, et ideo nihil mixtoꝝ locū habet in igne et aere, sed in terra et aqua, quin potius si aliquādo generatur in loco aeris sicut lapides uel metalla quidē aliquando generātur in nubibus, tamē accipiēdo formā mixti statim tendūt ad locū terræ, et ibi saluātur et remanēt. Et eadem causa est quare etiā aqua in mixtis dominari non potest. Si enī dominaret̄ aqua in ipsoꝝ aliquo, oporteret illud esse humidum fluidū, et hæc figuras licet optime reciperet, tamen nullo modo cōtineret, hac ergo necessitate oīa mixta corpora ad locū terræ mouētur, et ibi quiescunt, ꝓpter q̄ et maximā suæ naturæ diuersitatē accipiūt, ex terræ lōgitudine et latitudine et reliquis accidētibus eius, huius autem signū est q̄ semina nō ad magnam distantiā terræ a terra seminata statim degenerāt et aliquādo ad aliā speciē conuertūtur. Triticū enī in terra maioris latitudinis quā quīquaginta graduum seminatū raro cōualescit, et si exurgit infra duas uel tres seminatiōes degenerat in grauū ignobile quod a quibusdā siligo uocatur, qđ tamen optime in

septimo

septimo climate cōualescere uidemus, Ecōtra aūt in terra minoris latitudinis, seminata siligo infra duos uel tres uel quatuor seminationes nobilitať in triticū, similiter de aliis multis granis, & similiter licet nō sic sit in quibusdam aliis plantis & aīalibus, tamē multā & magnā suoꝶ fructuū & seminum recipiūt alterationē ex locoꝶ distātia, Grana eni uicinarū sunt specierū & similiū, ꝙ ostēdit figura herbæ & calami eoꝶ, et ideo unum in altero est potētia, quæ educit in actū per nutrimēti et caloris loci similitudinē et cōgruentiā ad speciē, quæ illi loco cōnaturalis est, et ideo ex loco tales seminū fiunt de specie ad speciē trāsmutationes. Amplius aūt signū eius ꝙ locus cum uirtutibus quæ sunt in ipso, det multam ꝓprietatem locato, accipimus in plātis, quæ eradicanť & q̄uis saluis radicibus et cū multa terra sibi adherēte ad uicina loca transplantenť, tamē diu languescūt antequā possint cōualescere, cuius causa alia nō est, nisi dissimilitudo uirtutū unius loci ad locum aliū, quāuis sit ei uicinus, et ideo oportet plantā uirtutibus illius loci in quā trāsplantātur assimilari paulatim antequā plenariæ cōualescat, & hoc significat etiā nullū punctum terræ cū alio habere easdē uirtutes, & nihil habere oīno uirtutes oēs quas habet alterū, et uirtutes quas habet quibus cōtinue mutātur scđm circuli uariationē, q primo facit & generat locata ꝑ uirtutes quas influit unicuiq; loco, propter ꝙ etiā sapiētes in astris circulū uniuscuiusq; loci diligēter primo cōsiderant, & deinde incipiūt considerare uirtutes locoꝶ quasi stellas secundas, & ex his duobus coniūctis ꝓnosticare de natura rei generatæ, stellæ eni ꝑ aliud et nō īmediate influūt uirtutes, & nitūtur ad influxū suarū uirtutū duplici medio, quoꝶ unū est radius, & secū

h

dum locus cõtinens, & per hæc duo ueniũt ad naturã rei generatæ, quã formãt & terminãt uirtutes influxæ, uari/atio aũt situs stellaꝝ est causa uariatiõis figuræ quã descri/bunt radii scd̃m circulũ orizõtis, & hæc est causa uariati/onis uirtutũ locoꝝ & eoꝝ quæ generãtur in locis, et ideo necesse est scire has uariatiões philosophũ naturalem.

¶ Cap. secundũ de duobus modis qbus pficitur cõmixtio elementoꝝ in locis habitabilibus.

C Vm autẽ duæ sint causæ esse & uitæ rerũ genera/tarũ in locis diuersis. Vna uidelicet terminãs quæ est calor, & altera quasi materiã dans ꝙ est humi/dum seminale, scd̃m ꝙ hæc duo ex locis uariãtur, sic ne/cesse est uariata esse locata in ipsis. Frigidũ eni mortifica/tiuũ est per se, et ideo oportet ipsum esse uictũ in omni eo quod habet uitã & esse p mixturã, uictũ autẽ nõ deseruit nisi cõtingendo & cõstare faciẽdo humidũ terminatũ per calorẽ, siccũ aũt mixtura sua tenet humidũ ne defluat, sed hoc ꝙ terminat̃ ad formã, humidũ essentiale & uitale est, & hoc solũ dat ei propriũ et naturale augmentũ. Calor aũt informatus uirtutibus cœlestibus format & terminat ad esse et dat formã et uiuere, ꝓpter quod si sciuerimus ex loco uarietatẽ calidi et humidi, sciemus uniuersaliter scd̃m ꝙ cõpetit huic scientiæ naturas corporꝝ generatoꝝ quas habẽt ex locis habitatiõis nostræ, cũ aũt sint climata sep/tem, necesse est septẽ media scd̃m loca & decẽ et quattuor excellẽtias esse, et sic uiginti et uno modo uariari corporũ naturas contingit ex locis habitabilibus, quæ p latitudinẽ solã distinguunt̃, ut aũt melius intelligatur, dicemus duas

esse cuiuslibet rei cōpositæ ex cōtrariis cōmixtiones, unā quidē quæ est scdm pportionē speciei suæ, & alterā quā habet ex loco in quo est pfecta eius generatio. Illam uero quæ est ad speciē habet cōmunem cū oibus suæ speciei in diuiduis sicut dicimus unā esse mixtionē cōmunē in hoīe, & aliā in asino, & aliā in leone, et sic de aliis, et hæc quidē in specie cōsiderata una est. Sed si cōsideretur scdm esse in diuidui designati in specie, tam multiplex est, quā est multus numerus indiuiduoꝝ, Est aūt in uno indiuiduo multiplex uariatio in cōmuni tribus modis, scdm quod pporcionatur indiuiduū ad indiuiduū qꝫ est melioris cōpositionis in specie sua, et scdm qꝫ cōparatur indiuiduū ad dispositiones in qbus debet esse scdm ppriā compositionē, & scdm qꝫ cōparatur indiuiduū ad dispositiōes in qbus habet esse scdm tēpus & locū et cætera accidētia, quæ impressiones suas relinquūt in ipso. De his aūt cōpositionibus sigillatim tractare ptinet ad scientiā libri de mineris, & ad scientiā de uegetabilibus, et ad scientiā libri de aīalibus, sed hic tantū cōsiderabimus eas uariatiōes quæ accidunt ex locis. Sicut aūt diximus has uariatōes esse. zi. cū enī sint climata septē, quæ usqꝫ ad intollerabile frigus distinguūtur, sic unūquodqꝫ scdm tria uariaē, hoc est scdm extrema, et scdm mediū, sicut uariaē circulus sensibilis ꝑm tria pūcta aqlonis et austri et scdm centrū, oportet enim locati aliā esse pprietatē in circūferentiæ parte, quæ maioris latitudinis est quā sit in cētro uel in alia parte circūferentiæ quæ minoris latitudinis est. Est enī cuiuslibet circuloꝝ sensibiliū qui in cōmuni est orizon climatis, quoddā suæ regionis uniuersum, cuius absqꝫ dubio oīno alia est figuratio radioꝝ sup circūferētiæ partes utriusqꝫ et alia sup

centro, ꝓpter quod locata in circũferentiæ partibus et in cẽtro diuersa, diuersa media cõpositoꝝ, et diuersæ cõpo/nentiũ qualitates, & hoc licet scdm rei ueritatem & scdm ratiõis cõuenientiã sit innumerabilibus modis in climate uno, sensibilis tamẽ uariatio nõ capiet nisi tres differentias tantũ, Cũ autẽ quilibet orizon sic tripliciter uarietur, per q̃draginta uel quinq̃ginta stadia sicut superius digessim⁹ fiũt intra unã habitabilẽ. xxi. modus cõpositionũ q̃bus ele mẽta diuersimode cõueniũt in cõpositis cuiuslibet speciei quæ est in climatibus. Est aũt extra hos modos cõpositio in his locis quæ ꝓpter frigus aut nõ cõtinue aut nõ dele/ctabiliter aut oĩno sunt inhabitabilia, in his enĩ oportet es/se humidũ spissũ & quasi congelatũ, & spiritus humidus parũ et hæc hẽt diuisiões ſm oẽm modũ quo sentiri põt notabiliter esse unũ locũ frigidiorẽ quã alterum, quousq; ueniatur ad illã quæ postrema est in latitudine, sic etiã in aliis regionibus intollerabilis caloris, hoc excepto ꝙ cali/dũ minus et cõpositiõi et uiuere et esse repũgnat quã fri/gidũ, calidũ enĩ fortissime mouens humidũ aqueũ et ter/reum siccũ nõ tantũ dissoluit & cõsumit sed etiã cõmiscet faciendo unũ eleuari uaporabiliter in aliud, et cũ cõmixta fuerint humidũ et terreũ uiscositate sua retinẽt in se calidũ & spũale aereũ, et sic in calidis regiõibus pficitur cõmix/tio ꝙ nõ cõtingit in frigidissimis, quia frigus excellẽs sistit & abscidit motũ euaporatiõis et cõprimit humidũ aqueũ in se, et terreum cõprimit ita ꝙ exprimit ex se humidũ si quod in se habet, et sic remanet status simpliciũ et impedi tur cõmixtio, & si est ibi cõuersio elemẽtoꝝ superioꝝ ad inferiora hoc facit frigiditas uincẽs, et hoc nõ est qualitas quæ faciat mixturã, cum unũ nõ faciat trãsire in aliud, sed

potius impediẽdo mixturã, per hoc qđ impedit subtilita
tem, ingrossat corpus, & cõuertit in inferiora elemẽta, &
cũ illa sint materia corpoꝝ cõpositoꝝ, potius ea quæ mi/
xta sunt cõuertit ad materiã quã pficiat in eis aliquã mix/
turam, et ideo aliqua possũt generari in torrida, in frigida
autẽ inhabitabili pene nihil generat̃ nisi forte sit lapis ali/
quis q dominio frigoris cõstringitur, siue ille sit terrestris
siue aqueus sicut cristallus. Dictæ autẽ cõmixtiones licet
sint, prout dictũ est, innumeratæ in extremis et in medio,
tamẽ si absolute mediũ dicatur ꝙ simpliciter ab extremis
maxime discedit, est in istis cõmixtionibus sicut in præce/
denti distinctione habitũ est, simpliciter medio mõ com/
mixtum ꝙ est in medio quarti climatis, & post hoc in pri
mo climate qđ est in extrema linea est uicinius medio, et
post illud ꝙ est in medio & excedens in calido id quod est
generatũ sub linea tropici æstiui qui est circulus finis ge/
minoꝝ & principiũ cãcri, & in tertio climate erit magnũ
tpamẽtum qđ in quarto climate est uicinius, & talis cõsi/
deratio est in aliis. Si aũt natura unius climatis in se consi/
deretur, absq; dubio est in eo accipere extrema & medium
scđm modũ qui dictus est, & tũc mediũ uerius habet na/
turã mixtiõis illius climatis cuius est mediũ quã extrema.
Ex his aũt colligit̃ ꝙ cõmixtio quæ generatis in septimo
climate, est in medio, excellẽter frigida est generatis in cli/
mate quarto. Et his quæ sunt ante clima quartũ quæ sunt
minoris latitudinis quã ipsum, & si transferãtur illuc cor
rũpuntur in ipso, & econtrario quæ sunt in ipso medio in
climate quarto uel in alio ꝙ est ante ipsum, erũt in excessu
in sexto climate uel septimo, & si illuc trãsferantur locus
inducet eis corruptionẽ, sicut aũt dictũ est de cõmixtis in

una habitabili sic intelligendũ est in alia, quia de similibus idem est iudiciũ & eodẽ modo de inhabitabilibus tam ꝓ/pter frigus quã ꝓpter calorem intelligendũ est.

¶ Cap. tertiũ de diuersitate loci & accidentiũ eoꝝ quæ generãtur scd̃m determinatas diuersitates.

X superius aũt habitis intelligit͛ facile degeneratis
e in locis determinatis scd̃m modos dictos, uidem⁹ eni ea quæ in locis calidissimis nascũtur terræ na/scentia esse calidissima & nimia siccitate rugosa, sicut gra/na piperis, et nigra multũ ꝓpter ipsoꝝ caliditatẽ, sicut sũt æthiopes quoꝝ primũ semẽ generatiõis calidũ est & ma/trix mulierũ est calida & sicca, & decoquit͛ semẽ cœptum decoccione fortissima, & ideo nigrescit corpus eoꝝ ꝓpter sanguinis sui adustionẽ, educit eni calor loci ipsoꝝ humi/dum subtile & adurit grossum terrestre ꝙ ꝑmanet & ge/nerat nigredinẽ & terrestria mẽbra quæ sunt in eis, sicut ossa fiunt albissima, ꝙ apparet in dẽtibus eoꝝ, & caro eo rum sanguine infusa est sicut sunt carbones accẽsi sicut ap paret in lingua & faucibus eoꝝ quãdo ora aperiũt & ha/bent ora ꝓminentia ꝓpter calidũ acuens os eoꝝ, Et oculi eoꝝ ex calore uenas & pelliculas rubẽtes habẽt, & qa cor pora eoꝝ sunt aere calidissimo circũdata necesse est ꝙ sint porosa & sicca eo ꝙ euaporat cõtinue in eis humidũ, pro pter ꝙ sunt leuia eoꝝ corpa & agilia, qa cum humido ibi educũtur spiritus eoꝝ, ideo efficiuntur corda eoꝝ frigida & timida multũ, humores paucos habentia, propter qđ naturaliter nõ timẽt febres multũ, eo ꝙ natura sibi cõscia est ꝙ nõ est materia multa in eis corrupti humoris, & hii

tales citissime senescũt ꝓpter uirtutis naturalis defectum quæ cũ spiritu euaporat, ita ꝙ ætas eoꝝ est triginta annis Et tũc sunt senes & deficiẽtes, & qa corpora rara habent euaporat humidũ ut diximus, ꝓpter loci calorẽ, et remanet terrestre siccũ combustũ, ꝙ si leue est & bulliens, facit colerã rubeã, & si est adustũ innaturale tũc facit coleram nigrã & his duobus humoribus precipue habundãt corpora Aethiopũ plus quã flegmate et melãcolia naturali, Quia uero corpora calida calore loci sꝑ laxa sunt et rara, & ideo mẽbra part⁹ mulierũ eoꝝ sũt ualde laxa & mollia ꝓpter ꝙ facile pariũt mulieres eoꝝ, licet ꝓpter siccitatem matricis & uirtutis eaꝝ nõ de facili cõcipiant. In operationibus aũt anialibus quæ sub eqnoctiali sunt uigẽt, ꝓpter subtilitatẽ spirituũ & plus in inueniẽdo ꝓpter calidũ mouens & acumẽ spirituũ eoꝝ, cuius signũ est ꝙ precipui in philosophia in India fuerint, & precipue in Mathematicis & magicis, ꝓpter fortitudinẽ stellaꝝ suꝑ climata illa, suꝑ quæ ꝑpẽdiculares radios proiciũt planetæ, hoc tamẽ est in climate primo ꝙ est sub eqnoctiali, & nõ est in secũdo ꝙ est sub cãcro, ꝓpter caloris intemperantiã quã superius ostẽdimus, ibi Aethiopes nigerrimi leues quidẽ sunt corpore & fatui mente, ꝓpter euaporationẽ & defectum spiritus animalis. Siccitas etiã & caliditas est in causa q̃re pili eoꝝ sunt pauci & crispi ad modũ granoꝝ piperis, licet aũt hic nigri aliquãdo nascãtur, et sic in aliis climatib⁹ sicut in quarto uel quinto, tamẽ nigredinẽ accipiũt a primis generãtibus quæ cõplexionata sunt in climatibus primo uel secũdo, & paulatim alterant̃ ad albedinẽ quando ad alia climata trãsferuntur. Ecõtrario aũt Daci et Gothi ex parte occidentis, & Sclaui ex parte orientis nati in fine

septimi climatis & ultra sunt albi ꝓpter frigus cõplexio/
nale ipsoꝝ, & q̄a corpora ipsoꝝ porosa nõ sunt, & locus
eoꝝ est frigidus, & frigus est cõstringens corpora eorum
remanet humidũ multũ in corporibus eoꝝ, & hoc auget
corpora eoꝝ & facit ea carnosa & flegmatica, q̄a uapor
in loco digestionis generatus euaporare nõ potẽs, ꝓpter
corporis & poroꝝ cõstrictionem reflectit̃ ad stomachũ,
& generat ibi humidũ aqueũ, sicut fumus in olla feruente
reflectit̃ ad operculũ, & conuertitur in aquã & distillat in
ollam ex qua fumus est eleuatus, & efficiũtur corpora eo
rum spissa, & ideo uentres eoꝝ sunt calidi & digestio eoꝝ
bona in eis, & corpora solida, ꝓpter quod stricta sunt mẽ
bra partus mulierũ eoꝝ, & dure carnes & ideo difficilime
pariunt, & ideo multæ ex eis periclitãtur in partu, ꝓpter
corporũ eaꝝ scissurã, et licet frigus cõstringat meatus &
uenas, tamẽ cũ hoc exprimit in eis id quod est in eis de sã/
guine, ideo mulieres aq̄lonares raro emundãtur a sangui/
ne mẽstruo, et frequẽter sanguinẽ emittũt de naribus, ꝓ/
pter ꝙ raro cõcipere eas ꝓnunciauerũt quidam philoso/
phorum. Sed huius nos uidemus instantiã in mulieribus
germanicis, quæ multũ cõcipiunt fere ultra oẽs mulieres
et difficilime pariũt, et raro a mẽstruis emundãtur plures
earum q̄d absq; dubio cõtingit q̄a frigus loci et cõstrictio
corpoꝝ impedit uaporationẽ spirituũ & humoris, ꝓpter
ꝙ uirtus earum fortis ꝑmanet semꝑ, & forte illa facit eas
cõcipere multũ etiã quãdo nõ ꝑfectæ mũdatæ sunt a mẽ
struis, hæc etiã causa est ꝙ corda eoꝝ calida sunt uehemẽ
ter, & ideo sunt audaces, q̄a calor eoꝝ semꝑ habũdat spi/
ritu & sanguine, propter ꝙ quasi natura sibi cõscia multũ
timet febres, quare in eis magna in humoribꝰ est materia,
& nõ

& non ita timet uulnera, eo ꝙ natura prodiga est sangui/nis in eis, cuius multã habẽt habundantiã, & sunt pili eo/rum multi laxi nec crispi, Operationes aũt eoꝶ animales, nõ uigẽt ꝑpter spissitudinẽ. Quippe humor eoꝶ est pi/ger & spiritus nõ obedit motui & receptiõi formarũ ani/maliũ. Sũt ergo tales hebetes & stolidi nisi hoc sit ex stu/dii exercitio, sed quãdo mouẽtur diu durãt, & efficiuntur multo meliores post exercitiũ, huius aũt signũ est ꝙ cõ/munitas populi meridionalis semper studet circa leges & studia liberalia, de quibus nõ multũ curat popul9 Dacus & Sclauoꝶ, propter ꝙ iam quartũ clima & uicinum sibi quintũ laudabilia sunt, quia media sunt inter istas excellẽ/tias, habẽtia laudabiles utriusq; gentis proprietates medi as, scd̃m ꝙ facile est unicuiq; indagare, qui scit mediũ con stitui ex extremis. Est enim ætas istorum longa & opera/tiones tam naturales quã animales laudabilissime, & mo/res boni & studia laudabilia nisi ex cõsuetudine inducan/tur ad praua, Mores autem aquilonariũ lupini sunt, pro/pter cordium eorum calorem. Leues autẽ sunt nimis me/ridionales. Medii autem inter istos facile colunt iusticiam & fidem seruant & pacem amplectũtur, & hominũ dili/gunt societatẽ, propter ꝙ Vitruuius architectus dicit di/utius permansisse regnum Romanũ quã regna alia, quia ut medium expositum fuit inter meridionales, qui acumi/ne ingenii & rationis multa machinãtur, & inter aquilo/nares qui ferocitate multa temere attentant, habens cõ/tra aquilonares audaciam, & contra meridionales studi/um & senatus sapientiam, & fit per eadem obuius utrisq; per quæ tam isti quam illi regnum Romanũ labefacere quærebant.

¶ Cap. quartũ ꝙ oĩa generata habeãt generaliter naturales ꝓprietates a locis in q̃bus generãtur.

s Icut autem quædã locoꝝ p accidẽs differebãt ex montibus uel maribus uel nemoribus uel paludibus uel aliis accidẽtibus ſicut ſuperius digeſtũ eſt. Ita differunt etiã ea quæ in eis naſcunẽ & corrumpuntur. Nati enĩ in locis lapidoſis planis frigidis & ſiccis fortiſsimi ſunt, & oſsa et in mẽbris iuncturas habẽtes ualde aptas, & ſunt ſtatura proceri, diligẽtes bellũ et multum durantes in bello, et ſunt habẽtes mẽbra nodoſa, et ſunt morum indomabiliũ, & quaſi ſaxei hoĩes, & ſimiliter ꝓportionabiliter ſunt alia quæ naſcunẽ in terris eoꝝ. Si autem ſunt loca humida & frigida nati in loco illo cõiter ſunt pulchraꝝ facierum planas lineas in faciebus habentes, & iuncturas habẽt ualde occultas & ſunt carnei multum et pingues, et nõ multũ longi, & laxatur freq̃ẽter uẽter eorum, & ſunt audaces ꝓpter cordis multũ fumũ, ſed citius laſsantur in labore, & ideo nõ ſunt acres in bello albi ſiue flaui multum in colore exiſtẽtes, & ſunt in concupiſcẽtiis fœminaꝝ, propter calorẽ uẽtris eorum & humorẽ, quæ duo faciunt uentoſitatẽ fumalẽ, quæ facit craſseſcere mẽbra genitalia. In locis autẽ calidis & ſiccis habitãtes ſunt, ſicut meridionales, ꝓportionati in calore & ſiccitate, et habitantes in calidis & humidis, ſunt ſicut hoĩes quarti climatis in quantũ ſibi ꝓportionanẽ. Sed habitãtes in montibus frequẽter nodoſa & ſtrumoſa habẽt colla & gutturа, ꝓpter aquã talẽ in eis flegmaticã ſupfluitatẽ generantem, & habitãtes in eo loco qui detectus eſt ad orientẽ, et tectus ad alias mundi partes, optime habitãt, quãdo non

fuerint multũ aq̃lonares uel multũ meridionales, q̃a sup illos statim oritur sol, & uentũ purũ mouet super eos, radii solis tẽperant frigus eius & subtiliãt aerẽ eius, & ideo dom⁹ eorꝫ fenestras amplas et magnas debẽt habere uersus orientẽ, quæ statim in mane & diluculo sunt apperiẽdæ. Sed ecõtrario habitãtes in locis detectis ad occidentẽ & clausis ad alias mundi partes, male habitãt, & fenestræ domus eorꝫ nõ sunt faciẽdæ uersus occidentẽ, sed claudendæ multũ, quia sol occidẽs recedit ab eis multũ subito, & nõ subtiliat aerem eorꝫ, & uentus fortis precipue de nocte uenit sup eos, eo ꝙ sol occidẽs inpuritatẽ aeris & nebularum ꝓpellit ad orizontẽ hæmispærii q̃d relinquit, & illa sic expulsa faciũt aerẽ turbulentũ, & uentũ malũ & nociuum, hi uero q detecti sunt ad meridiẽ et nõ ad alias mũdi plagas, sunt uere qui male habitãt, ꝓpter uentũ turbulentum calidũ & humidũ pestilentẽ & q̃a pori illorꝫ apti sunt ꝓpter calorẽ meridianũ, talibus utendũ est uestitu, ne uẽtus ad medullas eorꝫ penetret, & obstruẽdæ sunt domus eorꝫ ad meridiẽ forti obstructiõe. Qui aũt detegunt ad aquilonẽ, obstructis aliis mundi plagis & finibus, sunt hoĩes duræ carnis ualde & glandulosæ, & spermata eorũ sunt ualde efficatia ad filiorꝫ generationẽ & corpora eorꝫ nõ de facili immutãtur ab accidẽtibus extrinsecis, & sunt illi quos accidẽtia medicinarꝫ & precipue Scamonea minime laxãt, eo ꝙ corpora eorũ minime possũt penetrare Ecõuerso aũt multũ laxãt tales medicinæ eos, q in meridie sunt, eo ꝙ laxas & molles habeãt carnes. Quod autẽ nos diximus de hoĩbus, ꝓportionabiliter est in aliis aĩabus & plantis & lapidibus, eo ꝙ oĩa in locis generata a locis, sicut sæpe diximus, habẽt naturales ꝓprietates, cuius

signum est q ursi in locis humidis & frigidis, & lepores in locis multũ humidis & frigidis, uel in locis multũ frigidis & siccis albi sunt coloris, cũ in aliis climatibus tendãt ad nigredinẽ uel fului sint coloris. Est aũt in oĩbus dictis generatis aduertendũ, q eà quæ dicta sunt ueritatem habẽt scdm calorem uel frigus & siccitatẽ et humiditatẽ in loco diffuso generaliter. Si aũt cõtingit in quocũq; climate calido, frigiditatẽ expelli ad locũ unũ, & ibi aliqd generari, hoc erit frigidissimũ plus habẽs frigiditatis quã si in loco frigido esset generatũ, qa sicut docebim9 in libro Metheoroꝝ, frigiditas p expulsionẽ ad locũ unũ cõgregata, multiplex est ad frigiditatẽ in frigido loco generaliter expansam. Similiter aũt est de caliditate si ipsam expelli a frigore in climate frigido cõtingat, tũc generatũ in loco illo in quẽ expellitꝛ dicta caliditas, calidissimũ est & calidius eo quod generatur in climate calido, sicut patet in aqua una quæ calidior est quã alia eo q frigus aquæ omnem expãsam in circuitu caliditatẽ in locum generatiõis eius expellit. Tales igitꝛ locatũ habet proprietates ex loco & naturas, similes aũt ex his dictis poterũt cognosci.

¶ DISTINCTIO TERTIA LIBRI DE NATURA locorum habitabiliũ in qua est Cosmographia.

¶ Capitulũ primum de descriptione quartæ orientalis habitationis nostræ.



ARistotiles ubi tractat de natura latitudinis & longitudinis locoꝝ & locatorum, qui liber ad nos nõ peruenit integer, ponit orbis

quandã deſcriptionẽ, in qua nominat flumina & maria et regiones et quaſdã licet paucas ciuitates, ꝙ licet artificioſum non multum ſit, tamen ne in aliquo deeſſe his qui noſtra legere cupiũt uideamur, nos etiã breuem orbis mappam hoc operi adiungemus, in qua primo deſcribemus noſtram habitabilẽ, oſtendentes maria eius & mõtes nominatos & flumina famoſiora et diſtinctiones & limitationes regionũ noſtræ habitabilis, deinde tangemus terminos latitudinis ſeptem lineis notabilibus quæ climata diſcernant, ut ex illis natura & proprietas loci cuiuſlibet oſtendatur, nec tãgemus nomina ciuitatũ niſi paucaꝝ, quia nomina illa mutata ſunt, & ciuitates antiquitus nomĩatæ ſunt deſtructæ in magna parte, et nouæ ciuitates etiã aliæ ſunt ædificatæ. Volumus aũt in hac deſcriptiõe precipue imitari deſcriptionẽ quæ facta eſt ab Auguſto Cæſare, q primus mãdauit ut totus orbis deſcriberetur, licet etiam ante ipſum impatores attentauerint, tamẽ ipſe deſcriptionem perfici fecit per quattuor partes habitabilis, mittẽs legatos qui orbem metirẽtur & deſcriberẽt, cuius orientales partes deſcripſit Eudoxus quidam philoſophus, ſeptẽtrionales aũt Theodorus alius philoſophus, Polibius aũt ſapiens meridianas deſcripſit partes, occidẽtales aũt p itineraria ſua ſciuerũt Romani, eo ꝙ in occidẽte precipue erant dominia eoꝝ et uiæ, facta eſt aũt orbis deſcriptio totius in annis trigintaduobus et oĩs mũdi cõtinentia quæ tũc erat, prolata eſt ad ſenatum, poſtea aũt aucta eſt multũ, & creuit habitatio, et ideo multæ ſunt ciuitates magnæ quæ tũc nõ fuerũt. Incipiẽtes quidẽ breuiter deſcribere orbẽ, repetimus ea quæ ſuperius dicta ſunt, ꝙ errãt oẽs illi qui habitatiões orbis rotũdas eſſe contendũt, et li

cet Aristotiles formauerit ea in circulo, nõ fecit hoc ideo ꝙ uelit habitationẽ esse rotundã, sed ut in ea signet quatuor puncta orientis. s. & occidẽtis & aquilonis & meridiei, & ideo quãdo nos describimus partẽ meridianã, nõ intelligimus illam quæ continuatur ad polum meridianũ, sed illam quæ incipit ab equinoctiali circa circulũ meridianũ qui est medium nostræ habitatiõis ꝙ diuidat oĩa climata per mediũ intra orientem & occidentẽ, per occidentẽ aũt intelligamus habitationẽ cõtinuatam ad mare occeanum occidentalẽ, per orientem autẽ partem illi oppositã quæ in oriẽtalem occeanum est porrecta, per aqlonem nõ intelligimus terram quæ ad polum articum cõtinuatur, sed terrã potius uersus aquilonem quæ inhabitabilis est & intollerabilis frigoris, & hæc habitatio quadrangula est inter quattuor arcus ut superius diximus descripta, & per medium diuisa per arcum circuli meridiani. Descriptionẽ autem quã hic inducimus nõ ponemus statim, sed narrabimus continue situm orbis, ostendentes quidem in qua parte & in quo ordine situm est, & quælibet tunc figura habitationis potest imaginari, dicamus ergo primam distinctionem esse habitationis in tres partes Asiam uidelicet & Europam & Affricam quãuis Affrica malam hominibus præbeat habitationẽ, propter eremos & uenenatas bestias et harenosa loca quæ sunt in ea, propter ꝙ etiã quidam eam Europæ coniunxerãt, et in duas tantũ partes orbem debere diuidi contenderũt, hæ autem tres partes orbis simul iunctæ in quattuor quartas nostram habitationem diuidunt, quartam scilicet orientalẽ, occidentalem et duas reliquas, quæ sunt aquilonaris et meridionalis, & harum quartarum nos scribemus habitationem.

Tradidere aũt prædicti uiri, ꝙ oĩs orbis nr̃æ habitatiõis habeat mediterranea maria. 30. & mõtana. 61. et flumina famosa. 57. prouincias aũt et gentes infinitas loco suo noĩabimus. Ex maribus autẽ his per orientalẽ quartã ab occeano usq; ad mediũ nostræ habitabilis. Sũt maria. 8. & montes. 7. flumina magna. 22. Mare aũt primum ad orientẽ est ꝙ dicitur Caspiũ. Deinde Persicũ. Tertiũ mare qđ uocat̃ Tyberiadis uel Tyberiacũ. Quartũ mare Asphaltũ, Quintũ mare Rubrũ, Sextũ mare Arabicũ. Septimum mare Syriacũ, & Octauũ mare Mortuũ, ꝙ est in Pentapoli regione, famosi aũt mõtes eiusdem quartæ, sunt, Primus Caucasus. Secũdus Armenus. Tertius Carmelus. Quartus Sinay. Quitus mõs Taurus. Sextus Lybanus, & septimus Caspius est uocatus, flumina autẽ sua quæ fluunt in ipso licet nõ oĩa oriantur in ipso, sunt Ceriodris Oxus, Sygoton, Ganges, Camestes, Sygogas, Hydaspes, Eufrates, Armodius, Carmãta, Cortanne, Sura, Cristitoras, Tygris, Alabaxa, Hydopagithe, Anxius, Pactolus, Crises, Eleutherus, Adonius, Iordanis. Horũ aũt fluminũ ortus & fluuios & ubi mergũtur ita descripserũt eos eorũ magistri superius memorati, fluuius ergo Ceriodris nascitur ex tribus fontibus in campis stitiris & cum illi tres amnes in unũ cõueniunt efficitur fluui⁹ Ceriodris dictus, & fluit per miliaria. 842. et tũc cadit in mare Caspium, fluuius aũt Oxus nascitur de mõte Tameste et nõ lõge ab ipso in. 5. alueos diuidit̃ & oẽs trãseunt per montem Caucasum q locus Seleãtes uocatur, & postea fundunt se oẽs isti aluei in flumẽ magnũ qđ uocatur Ganges hic uero eos accipiẽs fluit miliaria. 626. & tũc mergitur in occeanũ orientalem, in loco ubi est insula quæ uocatur

Hic aduerte lector & in sequẽtibus, qa Autor descriptionẽ Octauiani Augusti tpe factã, imitatur raro cũ Ptholomæo cõcordat, idcirco solitam operã corrigẽdo adhibere non potui. Habes itaq; mõtiũ fluuiorũ aliorũq; locoꝝ noĩa ad formã exẽplaris, mutar̃ enĩ aut emẽdare, tm̃ Authorẽ nõ licebat.

insula Solis. Fluuius uero Sygoton nascitur de mōte Caucaso & geminatur & facit coronā circa montē nominatū & ei occurrit ex una parte eiusdē mōtis alius fluuius qui uocatur Vestesenes et iuxta quinq; flumina quæ superius dicta sunt occurrit ei fluuius Seleantis & per quinq; flumina torrenter & rapide transit, ita ut nec illorꝝ aquæ nec istius supuenientis misceri uideantur, & omnes iter suum agētes ad dictā coronā reuertūtur, unde sparsi uidebātur & tūc ad unū reuertūtur, & ante eos nō longe uadit Gāges, cui adiūgitur ille qui quinq; habet capita, & alius qui ea reliquerat. Sigoton uero fluuius in alia parte Caucasi natus, diuiditur primo in octo & deinde unus colligitur ex octo & oībus cōcurrit Ganges, & suscipiūt ipsum, propter ꝙ Ganges ex pluribus fluuiis colligitur qui in superiori parte Sigoton uocatur. Collecti aūt oēs isti in Gangem fluuiū fluunt longe in quartā orientalē habitabilis, ꝑ miliaria. 473. & amplius, et ibi mergitur in occeanū oriētalem iuxta insulā Sylophantinā. Fluuius Hydaspes nascitur in campis Indorꝝ ex tribus fluuiis paruis, & quādo simul collectus est, inundat per totā Indorꝝ regionē, miliaria. 813. & ibidē inmergit se occeano oriētali. Fluuius Euphrates in mōtibus Armeniæ nascitur, & discurrēs ꝑ eādem prouinciā, currit etiā extra uersus Syriā miliaria. 612 & mergitur in sinu Persico sub insula quæ Theron uocat̃ Fluuius Armodius in Aethiopia nascitur lustrās Babiloniam & Mesopotamiā Syriæ, currit autē miliaria. 73. & recipitur in suū persicū sicut & Euphrates. Fluuius Carmanta nascitur in campis Tamagene, currit aūt miliaria 673. & recipit̃ in sinū Persicū sicut et armodius. Fluuius Cortane qui est ꝓuinciæ quæ uocatur Media, nascitur in

campis

campis Arabicis, currit aũt miliaria. 917. & recipitur ite/rum in sinũ Persicũ. Fluuius Sura in ꝓuincia Media nas/citur, sup quẽ erat Susis ciuitas, et primo diuiditur in duo & deinde colligitur in unũ & currit miliaria. 503. & descẽdit iteꝝ in sinũ Persicũ. Fluuius aũt Cristitoras nascitur in cãpis Assyriæ & de mõte Caucaso, & uicinatur ei Tigris fluuius. Tigris etiã de mõte Caucaso nascitur & est quasi uiolẽta eius natiuitas, natus eni æstiuis tẽporibus sub hu/mo de superioribus Assyriæ, uidetur currere, et hoc ꝓdit cespitis uiriditas in loco cursus sui, cũ aliter arida sunt lo/ca, et ideo latere uidetur ibi, et subito oritur ꝓpter ꝙ or/tus eius certe cõprehendiť, eo ꝙ de obscuritate terræ pro minet. Isti aũt duo fluuii includũt oppidũ ꝙ Corduentia uocatur post ipsum in unũ reducti faciũt coronã maximã ita ꝙ ut oppida plura includãt. s. Thesiphon et Seleuciã currũt aũt simul miliaria. 883. et mergũtur in sinũ Persicũ iuxta oppidũ ꝙ uocatur Auge. Fluuius Alabaxa nasciť ex mõte Lysto, currit aũt miliaria. 717. & mergiť in oce/num orientalẽ. Flumina tria quæ oĩa dicunť Hythopagi/the ex cãpis in die nascũtur & currũt miliaria. 202. & fe/stinanter recipiũtur a mari oriẽtali. Fluuius Anxius nasci tur de monte Armeniæ trãsitq; per montẽ Caucasum ad Mesopotamiã pergit, & in illa prouincia ei alius fluuius adiũgitur noĩe Pactolus, qui diciť ex ipso Caucaso monte nasci, & effici unus fluuius p Parthos trãseuntes, coꝝ cur sus multas cõgregat aquas, ibi etiã hoc ipsum fluuii Eu/phrates nomẽ accipit, & exinde se diffundẽs currit milia/ria. 500. & mergitur in sinũ Persicũ. Fluuius Crises nasciť in cãpis Syriæ & peragrãs oẽs eius ciuitates currit milia/ria. 630. & recõdit se in Egeo mari sub insula Cypri. Flu/

uius Adonius nascit̃ prope Tyberiadē & currit miliaria. 863. & late diffusus ad mare Syriacū excipit̃ circa insulā Cretā. Fluuius Iordanis sub mōte Lybano nascitur et circūcurrit ad locum Tyberiadē de quo exiens suo cursu occurrit ad Scitopolim quā secās mediā & ab ea exiens effunditur in mare mortuū. Iste est cursus fluuiorꝝ orientalium superius noiatorꝝ, habet aūt ista quarta famosas insulas nouē quæ sunt istæ Ypopedes primā. Taprobana secundā. Selephatare tertiā. Tharos quartā. Ciprus qntam. Rodos sextā. Et hac quidē insula fecerūt obseruationes astrorꝝ. Cythera septima. Creta octaua. Carpassia nona. Hæc eadē quarta habet famosas ꝓuincias decē, quarꝝ ista sunt noia Persis, India, Ysauria, Adonis quæ a fluuio uocat̃, Phœnice, Mesopotamia, Assyria, Palestina, Media, Syria. Ciuitates aūt famosas habet. 46. quæ sic uocātur. Bysantiū quæ est Cōstantinopolis, Babylonia, Hierusalē, Antiochia, & hæc quattuor sunt principales. Alia aūt paria Seres, Thesalonica, Tyberias, Sygothon a fluuio sic uocato, Paliboca, Alexandripolis, Alenche, Colchis, Palthe, Tharsis, Taloni, Copretes, Carmeniæ, Ascariæ, Otergiæ, Fasagadæ, Ariduli, Marchi, Scinothei, Cāmi, Dansæ, Salphaniæ, Caldea, Eudomon, Auancei, Sabei, Mabea, Persipolis, Anasauge, Susa, Persis, Sylmei, Adiabe, Carcha, Nisibis, Arnei, Alexandria, Comagena, Palmita, Damascus, Iordanis, Helyopolis, Apamea, Dafen, Laodina, Bibles, Byrchos, Horosi, Nampamon, Niniue, Anormanites, Sebastes, Amphimolipirrcū, Eleusium, Cobris, Mithylene, Lausacii, Lignido, Corinthus. Hæc aūt ciuitates sic antiquitus uocabātur, quādo fuerant Græcis primo, & postea Romanis subiectæ, postea autē

quãdo a Sarracenis occupatæ sunt plurimæ earũ fractæ sunt & aliæ ædificatæ aliorũ nominũ et qbusdam etiã earũ noĩa sunt mutata, hæc aũt etiã quarta. 50. diuersitates gẽtium dicit antiqtus habuisse, sic uocatas, Persas, Græcos, Scythas, Antropophagos, Ysauros, Besi, Sarraceni, Indi, Hisquieti, Iudæi, Syriaci, Corsitæ, Phoristas, Parosyri, Anastate, Medi, Coraphini, Massagethe, Paricani, Dahas, Mãtinade, Tranende, Spircẽtes, Vegethi, Arogoti, Ariani, Morocei, Amdiosi, Arabes, Assyrii, Armenii, Aetriphagi, Parthi, Ydumei, Hycomites, Caldei, Cetissi, Vsippi, Quadyuacei, Brusiones, Riphaces, Albobreges, Alandes, Cupremi, Teutonti, a qbus quidẽ Theutonicos uenisse putãt. Cymbri, Antibarini, Comageni, Velbay. Harũ aũt gentiũ noĩa multa mutata sunt, aut ex bellis aut depopulatiõibus terrarũ, aut forte propter nouas sectas & religiones nomina mutauerũt. Hæc autẽ descriptio quartæ orientalis dicta sufficiat.

¶ Capitulũ secundũ. De descriptione quartæ occidentalis nostræ habitabilis.

Quarta aũt quæ cõtinuatur occeano ex parte occidentali cõtinet maria. xi. Insulas. xvi. Mõtes. xvi. Prouincias. xxxii. Oppida. cxxiiii. Flumina. xiiii. Gentes. xliiii. Maria aũt sunt hæc, mare Tyrrhenũ, Adriaticum, mare Orchadũ, mare Gaditanũ. Item huc pertinent maria Ionium & egeũ. Ligusticũ mare, Cilleũ mare, Circeũ, mare ad colũnas Herculis, & mare qd dicit Fretũ Noĩa aũt insularũ sunt ista, Hybernia, Mẽnania, Britãnia, Minorica, Hebuso, Baleares, Maiorica, Corsica, Orcha-

des, Hilſiritũ, Noricũ, Ingeoniti, Hiſtriti, Arſtrone, Aro/cei, Marciane, Nilie, Sintygaulo, forte aũt aliquod illorũ nominũ mutatũ eſt ꝓpter cauſas prædictas. Mõtes autẽ eius famoſi ſic uocantur, Trienis, Alpes, quæ multæ ſunt inter Lõbardiã & Teuthonniã, Apẽninus Balenas, Emini mõtes, Rodopẽ, Albanus, Pyrenæus q̃ Galliã ab Hiſpanis diuidit. Maros, Carburnes, Rynnus, Soracte, Olipus, Oeta, Cartinus, Ida. Præter hos aũt ſunt alii innũeri qui apud gẽtes illas habitãtur & nominãtur quæ uicinæ ſunt eis. Hæc eadẽ quarta habet ꝓuincias ſic dictas, Italiã quæ includit ꝓuincias, Calabriã, Apuliã, Romanã Acmiliam ſiue Tuſciã, Lombardiã, habet etiã Hiſpaniã quæ plura habet regna & ꝓuincias habet etiã Beticã, Luſitaniam, Gallitiã, Aquitamiã, Britãniã, Germaniã, Galliã, Belgicam, Bracatã, Galliam togatã, Galliã ciſalpinã, ubi nunc Burgundi, Sueui, & Bauari, & Auſtrales habitant. Pannoniã cũ Vngaria & ſibi attinẽtibus umbriã. Picœnũ, Lyburniã, Dalmatiã, Illiricũ, Noricũ, Venetias, quæ modo eſt ciuitas Venetorꝝ cum adiacẽte ꝓuincia. Emilia aũt quæ pars Italiæ eſt & eius ꝓuincia a ueterib⁹ ſic dicit̃, habet etiã Senogallias cũ Fignidonib⁹ oĩbus Saleniſtinis Sermiũ, Campaniã, Brutios, Lucaniã, Apuliã quæ iterũ eſt pars Italiæ & Calabriã & Adriam. Famoſa aũt oppida & ciuitates in Auguſti deſcriptiõe habuit Rauennam, Aquileiam, Mediolanũ, Arelatũ, Neuiũ, Armotũ. Galpos, Talpois, Cõpalis ſiue Hiſpalis. Secũda Talpis. Corduba, Becones, Toletũ, Briſacũ, Lucaſam, Auguſtã ciuitatem Hiſpaniæ, Viennã, Cæſareã, Auguſtã, Tarrocane, Abianis, Thuringiã, Octouiam quæ nũc uincta eſt & redacta ad paruã uillam, iuxta quã eſt ciuitas quæ Leodiũ

uocat͂. Agripinā quæ nūc Colonia uocat͂ in q̄ & illud uolumē cōpilatū est Treueris. Sermiū, Sterones, Augustudunū, Augusta Nemetū, Augusta Rauricoꝝ, Lugdunū, Maguntiacū cū uenietia marsilia, Altumū, Veronā, Taurinū, Vincentiā, Doronā, locū q mō Teruisiū existit, locū q mō Feltriū, & bellona, Patauiū quæ nunc Padua uocat͂ ciuitas in qua floruit studiū ante paruū tēpus, Cremona, Brixia, Tortuna, Cōcordia, Mantua q̄bus nunc adiūgitur Bononia nobilis ciuitas, in qua multo tpe uiguit studium litteraꝝ, Vercellis, Luca, Mutina, Segedinū, Narsia, Sysia quæ nūc Assisia uocatur. Ariminū, Bregentiū, Argētoracū. Salunā Patauionē, Argentinā, Saucomatū, Nomeasum, Dorocordoras, Amabriā, Sautonas, Lingoris, forū Sempronii, Forliuiū, Populi, foro Cornelii, foro flaminii, foro nouo, foro subuerto. Spoletū, Narnia, Meuania, Businis, Aretiū, Præneste, Couolcomus, Aquinū, Abellium, Albanū, Parma, Hostia, Fundis, Fanas, Vētunnas, Capria, Neapolis, Ardeacunas, Beneuentū, Eras, Erdonas, Aufidena, Gulmona, Oduntus, Comisiū, Marcellianū, Fenastri, Lucania, Ancona, Aipos, Corphinos, Lipias, Cauros. Sūt autē ex his ciuitatibus nostro tpe multæ deletæ, aliæq; nobiliores in locū eaꝝ cōstructæ, sicut Brādusiū et Salernū in Apulia, Bononia, Fauētia, Bergamū, Pisa, Ianua, Papia, Alexādria, Regiū, Tridentū. Brissiam in Lombardia Altisiodoꝝ. Parisius quæ est ciuitas philosophoꝝ, Rotamagū, Senonie, Crete, Remis, Curonis & aliæ multæ in Gallia. Cōstantia, Basilea, Argētina, Vormacia, Maguntia, Herbipolis, Augusta, Ratispona, Salisburga, Patauia, Erfordia, Halberstat, Maidburg, Hildesheim & aliæ multæ in Alemania & Germania, &

aliæ innumeræ ciuitates terrarum quæ nunc magna habent ædificia & in descriptione Cæsaris Augusti ideo nõ ponũtur, qa tũc nõ fuerãt multæ, quas ponit modo uel nõ extructe oĩno, uel ad instar paruarum uillarũ sunt redactæ, & ideo in ciuitatũ diligẽti positione & ordine nõ est magna uis cõstituenda. Flumina aũt quartæ istius sic sunt uocata Padus. Tagus sup quẽ est Toletũ & rotæ artificii. Azarchelis philosophi ubi etiã idem philosophus astrorum fecit obseruatiões & tabulas. Mini9. Hyberus. Arar, Rhodanus. Garumna. Bethis. Danubius. Drauus, Saus, Triton Hæc sunt nomĩa fluuiorum quæ antiqui reputabãt. In hac quarta famosiora eo q tũc forte melioribus ædificiis decorata esse uidebãtur. Nascitur aũt Bethis fluuius in cãpis Hispaniæ & currẽs quasi. 410. miliaria recipit ab oceano occidẽtali. Fluuius Tagus iterũ nascitur in cãpis Hispaniæ &. 302. currẽs mergitur in oceanũ occidentalem. Fluuius Mini9 nascitur iuxta Pyreneũ & curuo fluxu q̃si in rotunditate ubi bregantum oppidum includit, currit aũt miliaria. 310. & mergitur in oceanũ occidentalẽ. Fluuius Hyberus sub radicibus nascit mõtis Pyrenæi & currens miliaria. 204. infundit se oceano occidẽtali. Fluuius Arar nascitur a Vogeso mõte, fluit aũt relinquẽdo post se quasi caudã quandã iuxta ortũ suũ quæ ipso postea minor effecta currit in mare, & egredit uersus Arelatũ. Sed fluuius quẽ Bicorniũ diximus in superius ortus sui aliud accipit nomẽ præter Bicorniũ. Nam in puincia Germaniæ Rhenus dicit ille fluuius, alibi aũt Bicornius, alibi aũt Area uocatur. Iste itaq; fluuius tribus nominibus uocat, cũ sit unus & diuisus, eius aũt medietas habet aculeũ tortuosum. uidet aũt currere ad aquã miliaria d. ccc. lii usq;

ad mare Tyrrhenũ, & hæc dicta sunt scdm Augusti de/ scriptioné, quã in parte occulata fide uidemus nõ esse ue/ ram, quia Rhenus q per Germaniã uadit ab alpibus na/ scitur, & currés p Germaniã & colligés in se aquas multo rum fluuiorꝝ Necari. s. & Magi, Moselle & Mose et alio/ rum plurimorꝝ, mergitur in mare Anglicũ uersus aqloné dicit etiã Augustus q Rhodanus fluuius nascitur in me/ dio cãpi Galliarꝝ & cursu occurrit etiã ei bicornius supra dictus cursu cõuerso qui dicti sunt. Fluuius aũt qui nascit in cãpis Galliarũ & influit oceano occidétali uidetur es/ se fluuius Sequana. Fluuius Garũna nascitur in cãpis aq tanio rꝝ, currés miliaria. 308. & in oceano mergitur occi/ dentali, fluuius bicornius nascit in alpibus Germaniæ qui est Rhenus de cuius ortu & mersu dictũ est. Fluuius Da/ nubius nascitur ex alpibus Sueuie prouinciæ & procedés colligit aquas plurimas quarum maximæ sunt Vindex & Licus et Enus, geminatur aute & ipse Drauo & includũt intra se Pannoniarꝝ plurimas ciuitates, hoc est Acinetum Peteroicũ Carmantũ & Semriam & redeũt ad unum qui fuerũt duo, & per longũ adunati currũt & faciunt rotun ditatem in qua est oppidũ Peute, & ex ipso fluuiali circu/ lo septé crines fluminũ procedũt infundétes se in pontum iuxta Constãtinopolim, cõstat ergo Danubium exire de alpibus. Sed cũ infunditur per crines suprascriptos currit miliaria. 500. Fluuius Saus nascitur de monte Alpione, currés aũt in campis in modicã rotunditaté cõcludit in se fluuium, et in se circũactum uadit per fluuiũ et oppidum Sirmium, et mergit se Danubio ad locũ Taurini oppidi, & oés simul in Pontũ mergũtur, & tunc uocatur fluuius Hister, uidetur auté quod Danubius & Drauus & Saus

ſimul in Pontũ mergãtur. Fluuius Triton in cãpis Dardaniæ naſcitur, & influit Egeum mare, Fluuio Tybris pricipium dat nõ magnitudo fluminis, ſed pulchritudo urbis Romanæ, naſcitur aũt a mõte Apẽnino currẽs miliaria. 400. uenit Romã & facit inſulã in loco ubi duo põtes appellãtur. Primus unus effectus uadit p Pontẽ Lipidi, qui abuſiue a plebe Lapideus dicitur, trãſiens iuxta Boanum quẽ dicũt gratis undis ſuis naues maritimas mediterraneas ferre de Sabinis, uenit ad urbẽ Romã per portam quæ nũc dicitur beati Petri apoſtoli. Inter orientalẽ autẽ portã quæ uocatur porta beati Pauli & uiam Portuẽſem quæ nũc dicitur ſancti Felicis martyris urbem egreditur. Poſtea & geminatur & facit inſulã inter portam urbis et Hoſtiẽſem ciuitatẽ: in quã populus Roman9 cum urbis præfecto uel cõſule ad caſtra celebrãda egreditur ſolẽnitate iocũda. Inſula uero quã facit inter urbis portã & ciuitatem Hoſtiam tantæ uirtutis & amœnitatis eſt, ut neq; æſtiuis mẽſibus, neq; hyemalibus paſtinatiõe herbarum egeat. Ita aũt uernali tpe roſa et teneris floribus adimpletͬ ut præ nimietate ſui odoris et floris, inſula ipſa almæ Veneris Lybanus nũcupetur. Hæc ſunt flumina quæ in occidentali quarta noianda cẽſuit Auguſtus, tacuit aũt maximos fluuios Padum Atheſim & Brentam in Lombardia fluẽtes, quo℞ Padus eſt quum uenit ab occidente uerſus orientẽ, & ſimiliter Brenta. Atheſis aũt ab aqlone uerſus meridiẽ, Tacuit aũt ſimiliter Albiam Saxoniæ fluuiũ & Iſtulam qui ambo ueniũt a meridie in aquilonis oceanũ, ſicut tacuit multos alios fluuios terra℞ aliarũ, habet etiã hæc quarta gentes quæ antiquitus ſunt notatæ. Italos, Gallos, Hiſpanos, Sarmatas, Marchomãnos, Lõbardos

Sueuos

Sueuos, Alemãnos, qui a lemãno maximo ſtagno quod ante radices alpium funditur, ꝑ cuius mediũ Rhenus trãſit nomẽ accipiunt & ſic uocãtur: ſed modo Sueuoꝝ noĩe trãſſertur. Frãcos orĩetales, in quoꝝ terra Herbipolis eſt ciuitas principalis, Turingos, Sclauos, Rethos, Noricos Vangiones, Burgundiones, Manumos, Quadringeros, Heluetios, Hunnos: qui nunc Vngari uocãtur: Hoſtines quoꝝ terra Haſtania nunc uocatur: Baſtarnas populũq; Romanũ gentẽ togatã: gẽtibus autẽ his: poſteris tꝑibus aliæ ſupuenerunt: & eas & terras & nomẽ abſtulerũt pluribus locis: ſic eni Saxones ſupuenerunt Turingis & Sclauis & Sclauos quidem ad orientẽ & Turingos expulerũt ad meridiẽ, & in medio ſe diffuderũt: ex eiſdẽ aũt Saxonibus quidam Britãniæ maiori ſupuenientes: illis expulſis, ibi reſiderũt, & inſulã Angliã uocauerũt a uillis quæ Angele adhuc hodie uocãtur in Saxonia, a qbus primi patres eoꝝ fuerunt nati. Similiter poſtea quidã Romani cũ Alemãnis eruperunt et occupauerũt partes Galliæ ultra Rhenũ & ſedẽt in eis & ſunt Flamingi & Brabantini: & extruxerunt in eis ciuitates bonas & oppida multa quæ nominare eſt longum: & inutile ad philoſophiam.

¶ Capitulum tertium. De deſcriptione quartæ aquilonaris habitabilis noſtræ.

Quarta iterum ſeptẽtrionalis habet maria. 8. Inſulas. 32. Mõtes. 11. Prouincias. 12. Oppida ſiue ciuitates. 50. Flumina. 30. Gentes. 28. Maria autẽ eius ſunt hæc: Hypboreum, Põtus, mare Mœoticũ, Boſphorus Thracius, Cimerius: mare Icareum Propontis:

Hellespōtus. Noīa autē insularum sunt ista habet eni ciclades cū aliis duabus adiacētibus. Poliezos, Delos, Hipoppodes, Rhodos, Cypros. Item Chios, Paphos, aliæ autē nō nominātur nec incōueniens reputetur, q eisdē noībus insulæ superius sunt noīatæ, qa equocatio est in causa in noībus istis, habet enī montes Hypboreum, Rypheum, Hyppicum, Caucasum, Ceraunium: pro quadam parte Germaniā minorē mōtuosam. Emodum, Carpatū, Imaum: puinciæ autē magnæ noīatæ sunt inter alias Macedonia: Ionia. Achaia. Asya minor. Gallatia. Paphligonia Bithinia. Lydia. Pamphilia. Capadocia. Turcia. Armenia minor. Hæ enī oēs directæ sunt ad aquilonē nō occidentē uel orientē. Dacia enī & Gothia & Sclauia et Liuonia & huius terræ ad aqlonem sunt uersus occidentē. Similiter autem & Hibernia & Scotia, & Roxolonia & Islandia & finitime eis regiones quæ nup inhabitari cœperunt. Oppida uero eius sunt Heraclea, Sydinia, Peleia, Thessalonica. Chalcedonia. Nicomedia. Comani qui incertis sedibus uagantur Pōpeiopolis: Gargara, Clazomene, Sida, Alexandria, Ilium, Traianopolis, Cabyra, Phocis. Athenæ quæ fuit aliquando ciuitas philosophorum. Sinope, Phinopolis, Chrisopolis, & urbes aliæ multæ quæ postea cōditæ sunt. Flumina autem sunt. Tanais, Boristenes, Nays, Chesimon, Meandrus, Phasis, Chereften, Gyrum, Eladum, Piramū, Panū, Archelaum, Alpheum, Eurotas, Rindacē. Hæc sunt flumina septentrionalis quartæ: fluuius autē Tanais nascitur de monte Rypheo: currit autē miliaria. 654. & fluit in Meotidem. Fluuius Borysthenes nascitur de mōte Hypboreo, & influit in Pontū sicut & fluuius Nais nascit de mōte Tauro

& influit in mare Ponticum. Fluuius Chesimon nascitur de mõte Caucaso & ingreditur in mare Ponticũ. Fluuius Phasis nascitur sub mõte Caucaso & uadit in mare Ponticũ. Fluuius Cherestes nascitur de mõte Tauro & fluit in mare Cicladũ ubi est ĩsula Rhodos. Fluuius Cirus nascitur de mõte Tauro & influit in mare Cycladũ. Fluuius Piramus nascitur de mõte Tauro, & influit in mare cõtra insulã Cyprũ. Fluuius Panus nascitur de monte Ida Macedoniæ prouinciæ & influit in mare Aegeum. Fluuius Archelaus nascit̃ in cãpis Aegypti: & influit in mare Ionium. Fluuius Alpheus nascitur in cãpis Achaiæ & influit in mare Tyrrhenũ. Fluuius Eurotas nascitur in campis Laconiæ: & influit in Hellespontũ. Idem creditur facere Rindaces. Fluuius Eladus nascitur in cãpis Asiæ minoris & influit in mare Archadũ. Fluuius Mœnãdrus nascitur in cãpis Alchaticis & diuisus currit quasi duo miliaria recolligitur in unũ arcũ et influit in mare ĩsulæ Rhodos. Flum na sunt inumera quæ ꝑtrãseo causa breuitatis. Hæc aũt quarta gẽtes habet quæ antiqtus sic sunt notatæ Scythæ Nabone, Axiace, habet etiã Madreos. s. Nomades, Ithacos, Georgos, Firomanos, Tyrchen, Ananitos, Canoros, Massagethas, Bachinas, Bonissas, Tauromedes, Sagethanos. Sed & harũ gentiũ plurimæ deletæ sunt hoc tpe, & aliæ in locũ eoꝝ intrauerunt.

ℭ Capitulum quartum. De descriptione quartæ meridionalis nostræ habitabilis.

Quarta uero meridiana nõ satis nota est nobis in toto, ꝓpter causam quã supra diximus quare & in

eius noticiã August⁹ et senatus Roman⁹ puenire nõ po/terant, erãt maria duo. Insulæ .18. Mõtes. 6. Prouinciæ .12 Ciuitates. 44. Flumina. 2. Gẽtes aũt plurimæ. Maria au/tem sunt Sardoum & mare Lybicum. Insulæ uero sunt, Sicilia, Pontia, Carpathos, Patatorsa, Sardinia, Corcina, Calata, Fortunatæ, Capraria, Egyla, Cosira, Inara, Syrtis maior Lotofagites, Sirtis minor, Aethusa, Catobrinon, Tigle. Mõtes autem sunt Pyramides, Porenite, Borion, Forgius, Atlas. Prouincias uero habet. Aegyptũ, Aethi/opiam, Africã minorẽ, Getuliam, Cienaicã, Numidiã, Lybiam, Penthapolim, Tripolim, Marmaricã, Cæsareã Mauritaniã & Tinganicã, habet autẽ oppida & ciuitates Heraclea, Memphim, Taphrã, Thebas, Beronitẽ, Ptho/lemaidem, Cyrene, Syene, Sabathram, Leptim magnã, Tagastã, Zamam, Tapsos, Leptim minorẽ, Hadrumẽ/tum, Neapolim meridianã. Clupeam, Carthaginẽ, Vticã Hyppone, Cyrthã, Habrothonũ, Hippone alterã, Segũ Bizantes & alias multas, hæc eadẽ quarta habet fluuios. Nilum atq; Bagradam. Fluuius autẽ Nilus qui et Gæon appellat͂, de secretoribus proruit de terra quæ est sub eq/noctiali. Sed in exordio etiã Aethiopia uidetur et facit la/cum magnũ quæ in circulũ stagnat. 153. miliaria & exiẽs de eo lacu puenit ad Thacatacas interiores cõficiens mili aria. 474. Fluuius Bagrada prouinciæ Africæ magnus & nobilis & unicus qui a quibusdã Cosmographis sine causa inter fluuios mũdi principales nõ ponit͂, habet etiã hæc quarta gentes innumerabiles quæ uix colligi possũt qa perscrutari nõ possunt ,ppter uastas eremos interiacẽ/tes, sed a ,ppinquis supra nõiatis quidã uocãtur citra equi noctialem existẽtes. Aliæ autẽ multo plures ignorãtur.

Hæc ergo ut in pluribus est descriptio orbis facta a sena/
tu Romanorum & Augusto Cæsare.

¶ Cap. quintum. De descriptiõe terræ habitabilis prout diuiditur in tres partes Asiam scilicet A/fricam & Europam.

O Rbis autẽ descriptio quo ad antiquoꝝ limitatio/nem prout superius memoratis philosophis pla/cuit talis erat. Dicebãt enĩ orbem nostræ habitabi lis in tria diuidi. Asiam. s. Europã & Africam quãuis qui/busdam placuit duas esse tantũ partes orbis, qa Africam Europæ adiciendã censuerunt, eo ꝙ nec latitudinẽ debitã habeat nec delectatbilẽ habitationẽ, propter multas ere/mos & uenenata & mõstrosa aĩalia, quibus est plena quæ aerem inficiẽtia non permittũt hoĩes habitare in ea, absq; tamẽ illoꝝ præiudicio diuidemus orbẽ in tres partes ostẽ dentes uniuscuiusq; partis limitationẽ & partes. Asia er/go tribus partibus circũuenta per totã terram plagã ori/entis se extendit. Hæc uersus occasum Africam dimitit sub Aegypto, et sub Syria mare nostrũ, quod magnũ ge/neraliter dicimus hic Europa accipit initiũ, & sub plaga septẽtrionali, a flumine Tanai, qua Riphei montes ardui Sarmatico aduersi oceano. Tanaim fluuiũ fundunt, qui præteriens aras ac terras Alexandri magni Macedonis, in eo hostoꝝ finibus positis Meotides auget paludes, qua rum inmensa inundatio iuxta Theodosiã urbẽ Euximũ Pontũ late ingreditur, hinc iuxta Cõstantinopolim lõgæ angustiæ donec eas mare excipiat, cuius Europe in His/pania est termin9 occidẽtalis oceanus, apud Gades insulã

ubi Herculis sunt colūne, et Tyrrheni maris faucib9 oce/ani estus immittitur. Affricæ autem principiū est a finib9 Aegypti urbisq; Alexādriæ ubi Palemaria ciuitas sita est Similiter hoc mare magnū quod oēs plagas terrasq; me dias influit, unde per loca quæ ꝑ Talbocinon uocāt, iam procul a castris Alexandri magni & sup lacū Talearczi. Deinde iuxta superiores fines intrāsuersum per Aethio/piam desertā meridianū cōtingit oceanū, terminusq; Af/fricæ ipse est qui & Europæ hoc est fauces Gaditani, ulti/mus eni eius finis est termin9 Athlas & insulæ quas For/tunæ uocāt, sic ergo breuiter limites triū principaliū par tium terræ dixim9. Sed ut sufficiens sit doctrina, limites partiū earundē prouinciaꝝ referamus breuius quā pos/sumus.

Cap. sextum. De descriptione Asiæ.

a Sia a media fronte habet in oceano Eoo hostia fluminis Gāgis, a sinistra ꝑmontoriū Calidardā cui subiacet ad Eurum insula Taprobane ex qua oceanus Indicus incipit appellari, ad dextram habet Imai montis Apicem ubi Caucasus deficit, ad principiū autem eius est Samaria & Iudæa quæ aquiloni subiacēt ad ho/stia fluminis Iordanis ex quo oceanus Syriacus appellat. In hiis finibus prouincia Asia est, quæ habet ad occidentē fluuiū Nilum, & mare quod a quibusdā mare Rubrum uocatur, a septētrione montē Caucasum, reliqua aūt eius ut dictū ē eoo, & Indico terminātur oceano. Hæc multas habet gētes, habitatur tamē plus insulis aliis Taprobane, a flumine eni Indo qui est ab oriēte usq; ad flumē Tygrim & Caucasum regiones sunt Armenia, Assyria, Persidis,

Media, & est terra mõtuosa & aspera, hæc aũt a septẽtrione habet montẽ Caucasum, & a meridie mare Rubrũ & sinũ Persicũ. In medio aũt sui habet flumina principalia Hydaspim, & Arium, in his aũt licet multæ gentes habitent, tamẽ terra generaliter Parthia uocat̃ & a quibusdã aliquãdo Media dicitur, & ubi fluuius Tygris usq; ad Eufratem uenit. Mesopotamia est incipiẽs a septẽtrione inter Taurũ & Caucasum, cui a meridie succedit Caldea, & tandem Arabia, & eundo uenit inter sinũ Persicũ & sinũ Arabicũ Angusto terræ tractu & orientẽ uersus extẽdit̃, & in his tractibus gẽtes habet multas a flumine Eufrate ꝙ est ab oriẽte iam dictũ usq; ad mare nostrũ ꝙ est ab occasu quod mare magnũ dicitur. Deinde a septentrione in cõfinio Capadociæ nõ procul a loco ubi Eufrates nascit̃, usq; ad Aegyptũ & extremũ sinum Arabicũ, q est a meridie, longo & angusto sulco saxis inclusus usq; ad mare Rubrũ, & uersus occasum ad mare magnũ tota terra generali nõie Syria uocat̃, cuius ꝓuinciæ maximæ sunt Iudæa & Phœnicia & Palestina atq; Samaria quarum sunt gẽtes. xii. uel amplius. In capite aũt Syriæ Capadocia est quæ habet ab oriente Armeniã, ab Aquilone uero Euxinum mare, ab occasu Asiam minorẽ, a meridie autem sub Tauro mõte subiacẽt Cilitia & Ysauria usq; ad sinũ Isicũ qui spectat ad insulã Cyprũ. Asia uero quæ minor dicit̃ ab orientali parte, usq; ad Capadociã protenditur, undiq; circũdata mari a septẽtrione Põto, ab occasu aũt Propõtide et Hellespõto, a meridie uero mari nostro ubi est mõs Olympus. Põst hãc Aegyptus superior est, in qua est Nilus, quæ de littore incipiẽs maris Rubri uidetur desinere in loco qui dicitur mons Syon, deinde Nilus diu ad occa-

sum ꝓfluens facit insulā Meroe nomine, in medio sui no/
uissime ad septentrionē tēpestuosus cremētis plana Aegi
pti irrigat. Hūc aliqui Cosmographi nō longe ab Atlā/
te ortum habere dicunt, & statim inmergi terræ & inde
emergentē breui spacio latissima loca inūdantem in oriē/
tem per Aethiopiæ deserta prolabi, rursus aūt reflexus a
sinistra ad Aegyptū descēdit & monstra gignere dicitur,
prope cuius fontē Barbari dominant̃ & uocāt eum Nilū
Hic autē fluuius in regione quæ dicitur Lybia Aegyptia
nō longe ab illo fluuio quē a littore maris Rubri erūpere
diximus, assumitur ab immēso lacu, nisi forte dicatur eru/
ctari eius meatu occulto in alueo eius qui ab oriēte descē/
dit. Aegyptus aūt inferior habet Syriā ab oriēte & Pale/
stinā, sed ab occasu habet Lybiā, a septētrione mare Tyr/
rhenū, a meridie uero montem q Clymax uocatur. Aegi/
ptus uero superior in oriente per longū extendit cui est a
septētrione sinus Arabicus, & a meridie oceanus, ubi mo
rantur gentes diuersaꝝ nationū, sic igitur Asia describitur
in parte meridiana, ab oriēte uero in septētrionē sic dimē/
sa est ab antiquis, mons Caucasus inter Colchos qui sunt
super Cimericū mare & inter Albanos qui sunt ad mare
Caspium, primū attolitur, cuius usq; ad ultimū orientem
unū uidetur iugum, sed multa sunt noīa. Sunt eni quidā
qui iugum hoc Tauro mōti iūctum credidere, qa reuera
Parcoatra mons Armeniæ inter Taurum & Caucasum
medius cōtinuare Taurum cum Caucaso æstimatur. Sed
hoc ita nō esse ostēdit Fluuius Eufrates qui a radice Par/
coatre montis effusus, & in meridiem tendēs, ad sinistram
Taurū excludit. Ad dextrā itaq; Caucasus inter Colchos
& Albanos ubi & portas habet mons dicitur, A portis
Caspiis

Caspiis usq; ad fontē Tigridis fluminis inter Armeniā & Hyberiam mōtes Acroceraunı dicunt, a fronte Tygridis usq; ad Carram ciuitatē inter Massagethas & Parthos mons est Ariobarzanes, a Carris aūt usq; ad oppidū Cadippi inter Hircanos & Bactrianos mōs est Mormalus ubi Amomū nascit in quo proximū iugū mons Parthan dicitur, ab oppido iterū Cadippi usq; ad uicū Saphrim inter duas Sarcaraucas & Parthyonas mons est Obstobares ubi Ganges fluuius orit. Ad portas Caspias et portas Caucasi a meridie gentes plurimæ habitāt. Sed generosi & reginæ prope littora morātur ulteriora circa mare Caspium, & hæc est descriptio Asiæ partis orientalis.

¶ Cap. septimū. De descriptione Europæ.

n Vnc ad limitationem Europæ deducētes stilum. Primū nostram Germaniā inducamus, eo ꝙ nobilior est cæteris partibus Europæ. Incipit eni Europa a mōtibus Rypheis a flumine Tanai, & paludibus quæ sunt ad orientē, & extēditur per littus septētrionalis oceani usq; in oceanū occidentalē. A littore septētrionalis oceani Germania nostra est usq; ad Danubiū qui est a meridie quem & Histrū uocant directū in oriētem ubi a Pōto suscipitur. Ab occasu Rhenū habet, ab oriēte Istulam fluuios. Hinc ab oriente est Polonia, Ruthenia, Prutenia Liuonia, deinde Dacia, Gothia, deinde uersus meridiem Germania & Alemania & licet in qualibet multæ gentes sint, tamē plurimā partem Sueui tenent. Referēde autē sunt quæ ad Danubiū sitæ sunt usq; ad mare magnū. Misia ab oriente habet hostia fluminis Danubii & Thraciā,

A meridie Dalmatiã. Ab occaſu Auſtriam. A ſeptẽtrio/
ne iterũ Danubii fluxum qui de Bauaria & Auſtria illuc
tranſit. Miſia aũt antiquitus fuit quæ nũc Vngaria dicit̃.
Thracia habet ab oriente Propontidẽ & ciuitatẽ Cõſtan
tini quæ Biſantiũ prius dicta eſt, a ſeptẽtrione habet Da/
ciam & ibi habet ſinũ extremũ Ponti. Ab occaſu Mace/
doniã. A meridie Egeum mare. Macedonia a Borea Da/
ciam, ab Euro Aegeum mare & ſinũ Macedonicũ. A me
ridie Achaiã. A Fauonio Ionium mare terminos habet.
Achaia undiq; propemodũ cincta eſt mari. Nã ab oriẽte
habet mare Creticũ. Ab occaſu & meridie mare Adriati/
cum & inſulas quaſdã. A ſeptẽtrione ſinum Corinthiacũ
& Anguſtũ terræ dorſum qua Macedoniæ cõiungitur q
locus uocatur Iſthmus ubi eſt Corinthus, hinc nõ longe
in Achaia ad Boream Athenarũ ciuitas eſt & aliæ quædã
ciuitates Grecorũ, Dalmatia habet ab oriẽte Macedoniã
ab aquilone Dardaniã, ab occaſu Hyſtriã & ſinũ Libur/
nicum, & inſulas Liburnicas, a meridie Adriaticũ ſinum,
Noricum & Rhetia habent ab oriente Miſiam, a meridie
uel Africo alpes, ab occaſu Galliam Belgicam a ſeptẽtri/
one Danubiũ limites. Inter Gallias & Germaniã Italiæ
ſitus tendit in Eurum & habet ab Africo Tyrrhenũ mare
a Borea Adriaticum ſinum, ad fauoniũ terræ cõtigua eſt
Italia, ubi alpiũ obicibus tangitur, qui a Gallico mari ſup
Liguriam exurgũt. Hinc incipiũt Narbornẽſes fines, dein
de Gallia belgica ab oriente habet limitẽ fluuiũ Rhenũ,
& Germaniã, a meridie prouinciam Narbonẽſem, ab oc/
caſu prouinciã Lugdunenſem, a ſeptẽtrione oceanum Bri
tannicum, & Britanniã inſulam quæ nunc Anglia uocat̃.
Gallia Lugdunẽſis ducta eſt per longũ & per anguſtum

inflexa Aquitanicam prouinciã cõtingit, ab oriẽte autem habet Galliam Belgicam & a meridie prouinciam Narbonensem in parte ubi Arelate ciuitas sita est, & ubi mari Gallico flumen Rhodanus influit, Narbonẽsis prouincia quæ principalis est Galliarum, habet ab oriẽte alpes, ab occidente Hyspaniã & Aquitaniã, a septẽtrione Lugdunensem Galliam & Belgicam, a meridie mare Gallicũ quod est inter Sardiniam & insulas Baleares. Habet etiã in fronte qua Rhodanus fluuius in mare exit insulas Sticades. Aquitania prouincia obliquo cursu ligeris fluminis, qui ex plurima parte terminus eius est in orbẽ agitur, habet ab occasu oceanũ qui & sinus Aquitanicus uocaẽ, & Hyspanias, a septentrione & oriente Lugdunẽsem, & ab oriẽte & meridie Narbonensem prouincias cõtingit. Tota aũt terra quã nũc describemus habet figurã Trigoni circũfusam mari oceano, quantũ ad nostrã habitabilẽ Trigonus aũt ex arcubus & nõ lineis rectis componitur, licet acies angulorum nõ cadãt omnino in acumẽ, huius aũt Trigoni acies anguli prior respicit in orientẽ, habẽs a dextris prouinciã Aquitaniã & ingreditur a dextris Balearico mari Narbonẽsium finibus coruscatus. Secũdus aũt angulus uersus Galliciã & aliquas uillas quæ memoria nõ sunt digne dirigitur ad insulã Britãniæ. Tertius angulus est quo Gades insula in Africam tendit, & Atlantem montẽ interiecto freto ꝓspicit, In hac area Hispania citerior ab oriente incipit ex pireneis mõtibus, a parte septẽtrionali usque ad Cantabros. Hyspania ulterior habet ab oriẽte Tarraconẽses & celtiberos oriẽtales, a septẽtrione aũt oceanũ, a meridie Gaditanũ oceani fretum. Post occasum magni maris littore trigonatur. Et quoniã oceanus

habet insulas plures quarũ principaliores sunt Britannia siue Anglia & Hibernia, bonum est breuiter de situ earũ dicere. Britannia igitur siue Anglia oceani insula per longum in Boream extenditur, habet etiã a meridie Gallias, cuius proximũ litus trãsmeantibus ciuitas aperit quæ ab antiquo Gesoriacũ dicebatur, & hinc non procul a Marinis quæ in Flãdria sunt, in Austrum positos Menapos Batauosq; prospicit. Hæc insula in longum habet miliaria. d. ccc. in latum. cc. ubi aũt oceano infinito patet, Orchadas insulas habet, ut dicitur. xxx. quarũ plures inhabitantur. Est enim ibi frigus & tenebræ in quibusdã insulis aquilonaribus, quarũ una est insula Tile quæ multum distat ab aliis, & uix unq̃ uel a paucis est uisa. Hybernia autem insula inter Britanniã & Hyspaniam longior ab Africo spacio in Boream porrigitur, cuius partes priores in sinum Cantabricũ, Brigantium, Galliciæ ciuitatem ad Africum spacioso interuallo aspectant, ab eo precipue Promontorio ubi uiæ fluminis hostium est, ubi Eburi & Lucensii consistunt. Sed prior Britannia spacio angustior cœli & solis temperie magis utilis est Scotorum gẽtibus, Huic etiã Menauia insula proxima est & ipsa spacio non paruo solum habet commodũ, & etiam a Scotorum gẽtibus habitatur, & in his finibus Europa terminatur.

¶ Cap. octauũ. De descriptione Africæ.

a Frica autem quã in parte tertia quidam Authores consueuerunt accipere, non quidem spacium mensi secundũ circulationẽ terræ, ab oceano enim in oceanum porrigitur, & in meridiem ueniens præfocaẽ

ubi Africæ limites angustiores claudit eremus. Hinc est etiam q aliqui quamuis eam longitudinem habere existiment, tamen multo angustiorem intellexerũt, ut uerecũdum dicerent tantæ angustiæ tertiam partem dari, sed in Europam eam iudicauerunt reputandam, hoc est ut non eam similem duabus dicerent, sed de duabus uni subiciendam, hæc etiam pars ardore Solis ueneno q; deformis, plures habet eremos & montes, Africam igitur per omnia duabus aliis minorem esse certissimũ est, quia in quãtitate sui minus habet spacium, & cœli inclæmentia plus infœcũda. Eius descriptio per prouincias & gentes. Hæc est Libya Marmarica quæ post Aegyptũ in parte Africæ prima est. Incipit a ciuitate Parethono et Cathebathmos, & in occasum usq; ad aras Philenorum extenditur. Cyrenaica a septẽtrione habet mare Libycum, ab occasu Syrtes maiores, ab oriente Marmaricã, a meridie deserta Libyæ. Africa minor ubi Leptis magna ciuitas est, et quæ Ziges per Africæ limitem generaliter uocantur, Habet ab oriente aras Philenorũ & Syrtes maiores, a septentrione habet mare Siculum uel potius Adriaticũ & Sirtes minores, ab occasu Bizantes usq; ad locum Salinarum, a meridie uero Barbaros & gentiles, Mauros, & Garamantes usq; ad oceanum Aethiopicũ pertingentes. Ziges ubi Carthago ciuitas sita est Numidia uocatur, ubi Hippos, Regius, & Rusicade sunt ciuitates habet ab oriente Syrtes minores & locum Salinarum, a septentrione autem mare nostrũ ab occasu habet Mauritaniã Cæsariensem, & a meridie montem Busaram & post eos Aethiopum gentes pertingentes usq; ad occasum. Cæsariensis

autem Mauritania habet ab oriente Numidiã, & a sep/
tentrione mare magnũ quod nostrũ uocatur, & I.aliam
attingit, ab occasu autem flumen Malua, a meridie mon/
tem Astyacum qui diuidit inter unam terram & harenas
eremi iacentes usq; ad oceanum, in quibus oberrant grã/
des Aethiopes Tinganica autẽ Mauritania Africæ ulti/
ma est totius. Hæc habet ab oriente flumen Maluam, a
septẽtrione mare nostrũ usq; ad fretum Gaditanũ, quod
inter Abilam & Calpen duobus promõtoriis coartatur,
a meridie uero habet Atlantem mõtem, ab occasu occa/
num Atlanticũ sub Africo Hesperiũ oceanũ contingẽ/
tem. Hæc ergo dicta sint de situ terræ Africæ.

Cap. nonum. De descriptione quarundã insula/
rum maris magni Mediterranei.

d Einceps autẽ insularũ quæ in mari sunt Spatia &
nomina exponemus. Insula Cyprus habet ab ori/
ente mare Syriacum ubi Issicus sinus uocatur,
ab occidente autem mare Pamphiliũ, a septentrione An/
gustiis cilitiis, & a meridie sine fine Pelago cingitur, cuius
spacium tenet in longum miliaria.c.xxv. In latum uero
miliaria.cxxv. Insula Crete finitur ab oriente Carpathio
mari, & a septẽtrione mari Cretico, ab occasu autem mari
Adriatico, a meridie autem mari Libyco quod & Adria/
ticum uocatur, habet autẽ in lõgitudine.cxxvii. In latitu/
dine uero miliaria.l. Insulæ uero Cyclades quarũ ab oriẽ/
te prima est Rhodos, a septẽtrione Tenedos, a meridie
Carpathos, ab occasu Cythera, ab oriente finiũtur littori/

bus Asiæ, ab occidēte mari Ionio, a septētrione uero mari Egeo, a meridie mari Carpathio. Sūt autē oēs Cyclades insulæ numero. 53. Tenēt autē hæc insulæ a septētrione in meridiem miliaria. 500. ab oriente uero in occasum miliaria. 520. Insula Sicilia tria habet promōtoria unum qd dicitur Pelorū & aspicit ad aquilonē cui Messania ciuitas proxima est. Secundū Promontoriū est Pachynū sub quo ciuitas Syracusana sita est Eurum Nothumq; respiciens, tertium uero est Lilybeum ubi & ciuitas eiusdem nominis sita est & dirigitur ad occasum, hæc habet a Peloro in Pachynū miliaria. 187. a Pachyno in Lilybeū miliaria 189. hæc ab oriente tāgitur mari Adriatico, a meridie uero Africo quod est contra Syrtes minores, ab occidente uero in septentrionē habet mare Tyrrhenum, & a Borea usq; in Subsolanū fretum habet Adriaticum quod Brutios Italiæ ab ea diuidit. His igitur finibus Sicilia cōtinetur. Insula uero Sardinia habet cōtra meridiē in Numidia Calaritanos, & paruo freti spacio a Corsica diuiditur quā Corsicam habet a septētrione uersus Albinenses, nam spacio in longū tenet miliaria. 30. & habet ab oriēte Tyrrhenū mare, quod spectat ad portum urbis Romæ, ab occasu habet mare Sardoum & insulas Baleares lōge positas a meridie uersus Numidicū sinum. Insula Corsica multum Promōtoriis angusta est, hæc habet ab oriēte Tyrrhenū mare et portum Romanū, a meridie Sardiniā & ab occasu insulas Baleares, a septētrione mare Ligusticum. Insulæ Baleares sunt duæ maior & minor, cuilibet sunt bina oppida in mari Tarraconensiū, & habet cōtra se plures insulas Ebusos. Deinde ab oriēte Sardiniam ab

aquilone uero mare Gallicum, a meridie uero Africam et Mauritaniam ubi Pelagus ab occasu Ibericum spectat, Hae sunt insulae ab Hellesponto usq; ad oceanum per totum magnum Pelagus quae famosae & cultu & magnitudine celebres habentur. Haec igitur de locorum natura & descriptione mundi dicta sufficiant. Causam autem insularum & montium asignare pertinet ad librum Metheororum & Mineralium. Hic proprietates locorum sufficienter in genere dictae sunt.

FINIS.

Habes Lector duas primas distinctiones emendatissimas. Posteriorem vero ob vetustatem exemplaris pene oblitterati & male excepti in noībus precipuae quarundā gentium & insularum non potui, quod tamē maxime cupiebā, emēdatiorē prioribusq; parem emittere, inuersa uero scriptorum inscitia & nō parum multa montium fluminū & prouinciarū nomina ex Strabone Pomponio Plinio Ptholoemeo pro virili instaurauimus.

Tabella in librum de natura locorum.

Finis Tabellæ.

Scito Lector studiose preclara quædam opuscula philosophiæ naturalis rara & nunꝙ antea impressa. Diui Alberti Magni Germani. Vienne in Bibliotheca religiosoꝝ fratrum ordinis Predicatorū reposita. Ex qua pro huius libri emēdatione exemplaris mihi copia facta est, eorum titulos hic subnectere libuit, que sine dubio in lucem exposita facile earum rerum studiosum oblectabūt.

OPVscula Alberti Magni nondum impressa.

¶ De Sensu & sensato.
¶ De Memoria & reminiscentia.
¶ De Somno & Vigilia.
¶ De Iuuentute & Senectute.
¶ De Respiratione & inspiratione.
¶ De Causa longitudinis & breuitatis vite.
¶ De Morte & Vita.
¶ De Motibus animalium.
¶ De Principijs motus processiui.

Excusum VIENnæ Austriæ. Mens. Mar. M.D.XIIII.
Opera HIERONymi Vietoris & IOAN. Singrenii socioꝝ, diligentiū impressoꝝ. Impēsis uero LEonhardi & LVcæ Alantse fratrum Ciuium Viennensiū.

Imperante Diuo MAXIMILIANO Cæsare Aug.
P. F. P. P.

03910.



J514
A334h

